


ULB Düsseldorf



+4063 707 01



R E G E S T A

sive

Rerum Boicarum Autographa

ad

annum usque MCCC.

e

Regni Scriniis

fideliter in Summas contracta

juxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem

in

Bavarica, Alemanica et Franconica
synchronistice disposita

curâ

Caroli Henrici de LANG

Sacrae Coronae Bavaricae Equitis aurati.

Volumen IV.

Monaci
Impensis Regiis
1828.

D. Sp. 3. 195



Magna quadam animi voluptate jure nostro afficimur, quod opus multis quidem ab initio vastum visum coepto atque difficile effectum, intra quattuor circiter lustra a nobis et inchoatum fuerit et continuatum assidue, et ad finem tandem prospere perductum, rara quadam temporis nostri felicitate, quae nobis ad id vegetae senectutis otium fecit, primum sub MAXIMILIANI Regis, benigni et suavissimi, et LVDOVICI deinde justis et propositi tenacis numine, quorum utriusque pro munifice facta impensarum largitione susceptoque instituti nostri patrocinio, et quod rem tantam jussu Antecessoris inceptam, relinquere noluit Successoris pietas, posteritatis sempiterna habebitur gratia.

Regestorum autem haec Volumina quomodo ad patriae historiam illustrandam possint inservire, quae cura illorum ope antiquae scripturae monumenta domestica ad unum conquisita perscribi, inter sese comparari, et quae nobis tradiderint, ab omni oblivionis interitu conservari, satis iam antea nos indicavisse arbitramur. Verumetiam praeter Bavariae regiones non vicinas tantummodo terras, sed quaslibet Germaniae gentes ex iisdem rivulis hortulos suos posse irrigare confidimus. Nec in tanta spe destituti sumus, quum intra breve temporis spatium doctissimos iam viros eo intentos cognoscimus. Inter quos non ultimum collocamus praeclarum *Raumerum*, Hohenstauffensium Historiae auctorem, cui ad Imperatorum itineraria magis magisque explenda ex Regestis Annalibusque nostris non pauca usu se obtulisse videntur.

Quando vero recordamur quot quantisque in desideriis fuerint remotiora illa tempora, ut rerum gestarum ubique certos annos et dies, Imperatorum peregrinationes veramque eorum unoquoque tempore sedem cognoscendi atque defectus dierum explendi sit facultas, tunc quidem optimo illi nostro *Häberlino*, si Historiam suam Germaniae (Halae 1707. seqq. 8.) nunc scripturus esset, ex hodierna Regestorum copia multo jam sactisfactum esse sibi nulli dubitamus. Quippe qui omnes Friderici II. chartas, intra annum 1216. ad XIV. Kalendas Iunias anni 1218. usque datas, perraras praedicans, quarum celeberrimus *Raumerus* viginti sex enumerat, inter solas nostras Bavaricas decem et septem jam deprehendere posset. Eiusdem tamen Imperatoris chartae ex anno 1244. ab *Häberlino* nostro prorsus desideratae (*Raumerus* paucissimas, quinque numero designat) in nostris quoque Archivis omnino deficere videntur. Ex Ottonis IV. literis, omnibus perraris, apud *Raumerum* octoginta quinque universo numero, Regesta nostra non amplius sex exhibent. Wilhelmi Regis, utpote harum terrarum minime potis, duas tantum nos literas habemus, ex anno 1253. Eundem tamen mense Aprili 1248. Moguntiae, et mense Junio Bruggae commoratum esse, idquod *Häberlino* dubium adhuc videbatur, certo jam constat ex *Raumero*. Chunradi Regis IV. chartas, ad annum 1244. usque, Regesta nostra non exhibent nisi septem, inter eas autem ex ipso anno 1244. ex quo neque *Häberlinus* noster nec *Raumerus* ullam cognovere, unicam quidem, albo corvo rariorem, datam Norimbergae die XX. Februarii. Perscrutanti *Häberlino*, ubi locorum Rudolphus Rex anno 1285. mense Januario constiterit? ex Regestis respondemus Egrae fuisse V. Kalendis Februariis. Ubinam post exacta comitia mense Martio et Aprili Herbipoli celebrata? anquirenti monstramus Spiram XVII. Kalendas Junias, Gemundiam XVIII. Kalendas Septembres, Giengam XVI. Kalendas Octobres; quo minus tamen nobis credere libet, eundem Regem Rudolphum eo ipso anno comitiis Francofurti praesedissee, immo vero Thuringiam adeo, ut a nonnullis vulgatur, pervenisse. Ultimas Rudolphi literas in Regestis nostris habemus datas Magun-

tiae III. Non. Jun. 1291. Ex anno 1294. literarum Adolphi Regis quam maxime sterili, ut secundum *Häberlinum* a die secundo Februarii ad vigesimum Junii usque reperirentur prorsus nullae, Regesta nostra praebent sat multas, datas Ratisponae V. Kalendas Majas; Nurembergae pridie Nonas Majas; apud Rotenburg VIII. Idus Augustas; Norimbergae VIII. Idus Septembres. Non possumus tamen, quin ex ejusdem Regis charta, data anno 1297. IX. Kalendas Octobres Confluentiae, diffidamus aliis literis a nonnullis exhibitis, quibus Regem istum mense Octobri quoque in Misnia versatum esse evincere quidem cuperent.

Imperatorum Regumque chartas nostra haec Volumina continent septingentis quinquaginta octo amplius; quarum quum ex Bavaricis terris tantummodo ea sit copia, facile inde perspicimus, quanta turba foret congreganda qualisque moles subeunda, si forte alii, ut multis erat in votis, niterentur, Imperatorum literas ex omni Germania, vel pro certo tantum temporis termino, universas ac plenas typis expressas, adstruere „Historiarum Monumentis.“

Summorum Pontificum Bullas Brevesque literas inde ab exordiente saeculo undecimo ad finem duodecimi usque, accenso ubique Supplementorum residuo, in primo nostro Volumine enumeramus CLXV. omniumque primam Bullam Joannis Papae XVIII. anni 1007; deinde ad annum MCCL. usque, in secundo Volumine CCLXVI; inde ad annum usque MCCLXXV. tertio in Volumine CLXIII; ad annum denique MCCC. in quarto Volumine LXXII; universim itaque sexcentas sexaginta sex; ex quibus si uberem antiquioris aevi segetem cum parca ac deficiente posteriori temporis comparavimus, Romanae Curiae cum Principibus et ecclesiis Germaniae literarum commercium interruptum pedetentim et magis magisque imminutum cognoscimus.

In collocandis autem hisce Pontificum literis juxta rectum annorum ordinem magnis interdum luctandum erat difficultatibus, quod raro annos a Christo nato, sed plerumque a Pontificatu suscepto computant, ex quo qui ad nostram aeram illos revocant, saepius anno plus minusve aberrantes deprehenduntur. Nos igitur constanter id consilium exequuti sumus, ut cujusvis Pontificis annum primum non eo Christi nati anno, quo fuerit sublimatus, includeremus, nec ab electionis quidem die, sed ab inaugurationis illo exordiremur, progrediendo inde ad eundem diem sequentis anni atque hinc denuo alterum annum incipiendo; quo fit, ut unus idemque Pontificatus annus duos plerumque attingere soleat Christianae aerae numeros. Quam computandi rationem, re vera ab illa *Hellwigii* (*Zeitrechnung*, Wien 1787. f.) paullum omnino abeuntem, in omnibus fere probam justamque perspeximus, quum Laërtii *Cherubini* *Magnum Bullarium Romanum* (Luxenburgi 1742. Vol. VIII. f.) diligenter perscrutantes *Paparam Bullas*, quae ibi exhibentur, quoad temporis computationem conferremus cum nostris. Quod ipsum tamen *Bullarium*, ex nominis sui forsitan augurio, haud ita magnum credas et integrum, ut nostras ipsas *Bullas* quoque contentas ibi, sive indicatas saltem exspectes. Immo vero sub idem temporis spatium, quo *Regesta* nostra primo *Volumine Bullas* centum sexaginta quinque enumerant, *Bullarium* nomine et ambitu *Magnum* earum non nisi quinquaginta sex numero suppeditat, sed, fatendum, maximi momenti paene omnes, ordinationes generales, *Ordinum* fundationes et constitutiones, *Episcopatum* conscriptiones, publicas cum *Principibus* et *Rebus publicis* tractatus, *litteras Cruciatas* idque generis cetera. Oblatam igitur *Bullarii* istius opportunitatem haud dimisimus, quin cognosceremus, quemadmodum omnibus paribus istis paria quoque respondeant nostra, atque si non multa, nonnulla tamen inde cepimus, per quae *litteras* aliquas ad rectiorem computationem accommodemus. Inter quas primum ponimus *Bullam* *Lucii Papae III.* datam *Veronae XIII. Kalendis Martiis* (*Regest.* Vol. I. 324.), quam non ad annum 1183. ut prius sumus augurati, sed

ad annum 1184. referendam esse jam videmus. Nec minus Bullam Gregorii Papae VIII. ex die II. Kal. Febr. anni 1187. (Vol. I. 338.) non, ut posuimus, datam esse apud Formiam, sed apud Ferrariam, ex ejusdem temporis exemplis satis comperimus; — contra certe Bullarium ipsum labari conspicimus, literas Innocentii III. datas IV. Oct. Pontificatus anno *sexto*, ad annum 1200. disponendo, quum ex utroque unum tantum firmum habendum sit, sive Pontificatus annus VI. congruens anno Christi 1203. sive annus Christi 1200. sed Pontificatus tum annus tertius. Ancipites admodum haeremus denique in Bulla Alexandri Papae IV. data Nonis Martiis, anno 1260. *Laterani* (Vol. III. 147.) quam Anagninae esse datam ceterae omnes demonstrant.

Supplementorum mantissa, quam promisimus, ad finem illico subjuncta habetur, ut per frequentem turbam id generis documentorum, quaeque oculos nostros prius defugerint, quaeque sero indicata nobis deditaque fuerint, agmen ipsum clausisse videremur.

Lubenter aequae curavisse, Registra quoque quae vocant adjicienda Indicesve rerum praecipuarum atque hominum et locorum. Supersedimus tamen huic labori, verentes, ne forte intempestivis nos suntibus parcere atque laborum finem ponere qui nesciamus insimulent, aut qui velimus rem exactam subsecivis operibus redordiri minutiasque sectari denique. Sed haec, maxime licet exoptanda, suo tempore, aptiori quidem, alteriusque sollertiae intacta relinquimus; nobis jam cetera exsequi rivosque claudere satius visum et justum.

Neque vero nos poenituerit ultimo huic Volumini iterum annectere Emendandorum vel Explendorum pagellas, quibus ab erroribus vindicemus, si quid in litera forte vel numero delictum vel chartarum ordo perversus fuerit et repudiatus. Negligentibus enim nobis esse quum non liceat, praetulimus sane dare

purgata a nobis usquedum pote, benevolosque objurgatores placare, quam vano ostentationis studio menda celare.

Veremur tamen ut in re tanta et difficili labor noster nullam inde reprehensionem ferat, quam quidem si experturi simus ab iis, quibus ipsis nihil unquam abesse solet, consolentur nos certe, quae ex doctissimi Viri *Audiiffreti* Casanatensis Bibliothecae Catalogo tamquam pro nobis quoque apprime dicta depromimus: „Nil attinet de hominum laude loqui, quae stimulos interdum addere solet „humanae imbecillitati ad asperrimos labores subeundos. Ea enim nobis semper „animi insedit sententia, eum qui Indicem scribere ingreditur, posse quidem „in multorum reprehensionem incurrere, in approbationem non item; quam „a perpaucis vix extorquebit, ubi omne studium et diligentiam in rem „contulerit.“

Itaque nos post longam quasi peregrinationem ultimi oram appulsi vela contrahimus. Vos autem, Fautores atque Amici, valete nostraque industria probe utemini.

Dabamus Onoldi Kalendis Februariis MDCCCXXVIII.

Emendanda ulterius atque explenda.

Volumine I.

- Pag. 18. lin. 13. laudatis adjungas *Lib. Prob.* num. 66.
- 22. lin. 5. item *Lib. Prob.* num. 26.
- 26. Chartae Arnulphi Imp. datae XIV. Kal. Sept. Ind. VI. in Rantestorf et ab Engilperone Notario ad vicem Wichingi recognitae, a nobis autem in dubium vocatae, multam praeterea suspicionem auget ejusdem Imperatoris alia charta (*Hist. Archiv für Süddeutschland* II. 215.), recognita a Wichingo Cancellario in vicem *Theotmari* Archicapellani et data in Rantesdorf II. die Septembris, *Indictione* I. atque sic recte quidem.
- 30. lin. 8. pro 25. l. 35.
- 33. ad chartam Ottonis de anno 959. datam Rore notare lubet, nos ad ductum *Herrgotti* Geneal. Domus Austr. Praeleg. 44. eo sub loco intelligere vetus Castrum Lenzburg, postmodo Aarau, in Comitatu Rore.
- 66. ad chartam *Heinrici Primi*, more magis usitato nuncupati *secundi*, observamus, Heinrico vere Primo non impositam esse Imperatoris coronam, indeque eum aliquando non numerari inter ipsi cognomines.
- 69. lin. 7. ab imo, inde a voce "*judicii publicis*," adjuget: "in toto Ducatu vel Comitatu Orientalis Franciae.
- 76. in charta *Conradi Regis* de A. 1027. rectius nobis videtur: datum VI. Id. Jun.
- 84. lin. 3. *Vallis Aurinae*, i. e. hodierna *Ahren*.
- 104. Literas *Urbani Papae* II. A. 1090. animadvertas esse datas anno *Dominicae incarnationis*.
- 109. l. 5. pro "totumque linum et panem," legendum esse autumamus: totumque linum et pannum.
- 111. Chartae *Henrici Regis* super praedio *Sconenberg* praefigendus est anni numerus 1109.
- 140. l. 4. subjunge: *Ded. Ebrae. Frage* etc. p. 246.
- 169. l. 3. pro praef. *Schesslitz* l. *Lichtenfels*.
- 172. l. 6. ab imo pro 50 Mart. l. 30.
- 232. Bulla *Adriani Papae* IV. non ad annum 1158. est referenda, sed ad annum 1159.
- 296. l. 4. ab imo *Ivo* alto supplendum *Rivo* alto.
- 304. ad chartam *Friderici Imp.* pro *Brixinensi* Episcopo de anno 1179. laudanda est v. *Hormayr* *Gesch. v. Tyrol*.
- 320. l. 4. ab imo pro *Papa Lucio* II. l. III.
- 324. ejusdem *Papae* bulla, apposita anno 1183. *circiter*, rectius referatur ad a. 1184.
- 345. locum *Aichheim* interpretare *Eichhöfe*, prope *Blaubeuern*.
- 351. l. 2. *Weyer* praef. *Holfeld?* veremur ne rectius posuissemus: *Marien Weiher*.

- Pag. 361. Confirmationi Heinrici Imp. pro monasterio Ebracensi subjungas: Ded. Ebrac. Frage etc. p. 244.
 — 369. Charta Tiemonis Episcopi non certe quidem ad annum 1196. est referenda, sed *circiter* tantum, rectiusque fere ad a 1199. neque locus Schirndorf in praef. Kulmbach sed Hochstadt quaerendus. Fridericus denique ille de Sewelt pro Domino in Scheinfeld forte habendus?

Volumine II.

- IV. in praefatione l. 4. ab imo pro *cas* l. ea.
- 5. l. 6. chartae Ulrici Abbatis ad annum 1201. positae, praefigere iam velimus annum 1210.
- 7. in charta Abbatis S. Michaelis nomen per literam initialem indicatum non legendum esse Wolframum, sed Ulricum potius iudicamus, quum Wolframus in fastis monasterii a. 1202. inter mortuos inveniatur.
- 19. chartae Henrici Electi subdas Deduct. laudatam Ebracensem p. 249.
- 41. l. i. lege Concanonicorum.
- 53. l. 12. pro vidae l. viduae.
- 64. bullae Innocentii III. annum praefigas non 1214. sed 1215.
- 90. chartae Brixinensi de a. 1215 super curiis ad Ritterfuos, bonisque Nozes, Ress et Vorstamp i. e. Ritterfuss, Nozes, Rases et Forstamp subjungatur laudanda v. *Hormayr* Gesch. v. Tyrol.
- 112. l. 1. annus ex typhothetae mendo positus 1229. emendetur in 1220.
- 140. l. 7. ab imo Monumentorum Boicorum laudetur non Vol. XII. sed. XIII. itidemque
- 142. l. 7. ab imo non Vol. X. sed V.
- 298 Chartae Cunradi Regis, datae mense Maio, et quidem, ut ex aliis liquet, intra diem XX—XXII. Iudicione III. adjicias laudandum: Hist. statist. Archiv von Süddeutschland I. 159.
- 312. l. 1. inter Alemanica pro Hurchenheim l. Zosrhenheim.
- 314. lineae ultimae subjungas v. *Hormayr* Beytr. II. 327. itidem
- 318. in charta super bonis intra terminos Ziller. . et Vend i. e. Fender, eundem librum laudatum.
- 331. l. 3. ab imo pro transmittunt l. transmittit.
- 340. paginae numerum perperam positum 304. emendes in 340
- 354. Concordiam Rapotois de anno 1244. novissime publicavit v. *Koch* Beytr. II. 110.
- 389. l. 5. pro quoscunque l. quascunque.
- 409. l. 8. ab imo diem 70. Jul. l. 7. Jul.

Volumine III.

(Multa quidem monitu eximii Viri et optimi, *Schmidii*, Ulmae Praelati, neper cheu! emortui.)

- Pag. 7. lin. 11. pro Maiklein pone Mainklein.

- Pag. 12. l. 7. Hartmanni pro Hermanni.
- 27. l. 5. locum Merdinstetin nominis interpretatione suppleas Mergelstetten.
- 33. l. 5. pro 10 Jun. legatur 19.
- 37. l. 12. Rege Cunrado per totum annum 1253. in Italia retento charta ejusdem, praefereus „actum apud Hagenowe, mense Decembri,, nobis non nisi diploma quoddam Curiae suae Provincialis videtur, Regio sub nomine expeditum.
- 39. l. 3. ab imo chartae Hermanni Episcopi laudandum subjungas: *Spies Archiv. Neben Arb. l. 148.* item
- 46. chartae Philippi Archiepisc. Salisb. Hist. statist. Archiv für Süddeutschl. II. 50.
- 50. l. 2. loco imorationem pone implorationem.
- 55. l. 6. ab imo literis Eistettensis Episcopi subde Hist. Abhandl. der Ak. d. W. W. V. 474.
- 76. Arababus Alexandri Papae bullis acciri velimus *Lib. Prob. num 80-82.*
- 81. l. 10. in collaudato Schultesio paginam emendes in 13.
- 94. l. 2. ab imo praesantat l. praesentat.
- 97. l. 2. haud dubitamus pro Roschingen ponere Zöschingen.
- 110. l. 5. ab imo Brixinensi chartae subnectas laudandum v. *Hormayr Werke II. 33.*
- 117. l. 8. ab imo pro Geusfeld l. Geisfeld; item
- 119. l. 2. ab imo pro Helfenstein ponatur Hellenstein.
- 121. l. 8. loco Wollinberg, ane sit forsitan Wolffendorff quaerere lubet?
- 125. Chartae Hartmanni Ep. subjungas: Hist. Abh. d. A. d. WW. V. 473. et Riezhalde quid sint demonstratum habeas in v. *Raiser Laing S. 44.*
- 125. l. 6. ab imo inter Alemanica pro OB... Dapifer rectius legitur EB... i. e. Eberhardus; locum Lademuctingen modo putes Lamentingen.
- 126. chartam Dominae Itae impressam habemus in v. *Hormayr Beytr. II. 147.*
- 189. l. 6. sub villa Stein apud Werdeam intellige Wernizstein, chartaeque ipsi laudandas subde Hist. Abh. d. A. d. WW. V. 480. item
- 195. chartae Bertholdi Ep. v. *Hormayr Werke III. 457.* item
- 196. lin. ultima compromisso Ludovici ejusdem v. *Hormayr Beytr. II. 311.* discrepantibus tamen temporis notis, Kalendis Februariis apud nos, et XIX Kalendis Februarii apud Hormayerum, quae tamen, non numeratae ordine inverso et Romano, sed ordine directo, ut nonnunquam tunc fieri solebat, et a die XIV. Februarii inchoatae, in eundem illum diem primum Februarii incidunt; vid. *Hellwig l. c. voce Kalendae.*
- 199. chartae Cunradi de Risach adhibere liceat *Gatterer Hist. Holzschuber. Codicis p. 4.*
- 239. l. 8. Hartmanmannum reducās ad Hartmannum et
- 241. l. 14. Ludewiwicus l. Ludewicus.
- 250. l. 3. ab imo literis Brunonis Episc. laudandam subnectas v. *Hormayr Gesch. v. Tyrol*
- 253. inter Alemanica l. 2. ab imo pro 25. Oct l. 23.

- Pag. 295. in charta Ludovici Comitis de Oettingen, quam nos posuimus ad annum 1267. *circiter*, nisi eam unum forte decennium vel amplius retro computare conemur, incognitus plane et novus quasi nobis occurrit Conradus Comes. Videant antiquarum rerum Oettingensis gentis magis gnari.
- 301. *Rudhart*, Comes de Graifesbach; quis quaeso? forsitan ex nominum confusione et istius aevi incuria *Wolgerut*, aut *Bertholdus*?
 - 318. l. 8. literis *Friderici de Rojanch* subde: v. *Hormayr Archiv*, 1827. item
 - 368. l. 4. ab imo literis *Friderici de Rodnek* *ejusdem* *Gesch. v. Tyrol.*
 - 389. l. 6. pro 26. Febr. l. 25.
 - 449. *Reversales Bertholdi* impressas jam habemus in *Geöffn. Arch. l. 83.*

Volumine IV.

- 11. l. 5. ab imo pro *Rikenbach l. Bickenbach.*
- 233. l. 6. pro *Cunrado de Trohtelvingen*, hodie *Trochtelfingen*, magis nobis placebit *Trohtelvingen i. c. Treuchtlingen.*
- 539. ad loca *Altham, Ringigen, Teggingen*, ne forsitan cognomines *Hohenaltheim, Ringigen* et *M. Deggigen* in *Dominio Oettingensi* opinemur, supplemus nomina hodierna: *Altheim, Ringigen* et *Dächingen* prope *Ehingen* iuxta *Danubium.*
- 568. *Literas Ludovici Ducis* *Kalendis Augustis 1294.* tum jam emortui, rectius legeris: *Datum MCCXC. IV. Kal. Augustis*, non item *MCCXCIV. Kal. Augustis.*

De ceteris, quae etiam in quarto hoc Volumine amplius peccata esse deprehendentur iudicium expectabimus aequum illud quidem ab iis, qui recte pependerit difficiliorem tythothetae operam in scriptura et peregrinae atque inconsuetae linguae usu, locorum quo versentur qui redigat et qui imprimat distantiam, et quod haud raro in ipso emendationis studio et conatu inter manus subterlabantur nova menda eaque graviora quandoque emendatis. Quo circa evenire potuit, ut *Ephemerides Lipsienses* (1826. n. 112.) quae nos recte quidem monuerunt p. 151. Vol. III. perperam inveniri *Cisterciensissis* et p. 474. ut nubet pro nubat (quod quidem in promptu est) ipsae tamen fallacem paginarum numerum, quem frustra sectati sumus, nobis demonstraverunt.

REGESTA.

Anno.

B a v a r i c a.

1276

1276

1276

1276

1276

1276

1276

1276

Testamentum Almanni de Utendorf, factum coram C. Abbate de Hainesholch, et fratre Ulricho, Capellano ipius, et fratre suo, Friderico de Assingra, in die Sancti Marcelli Martyris (16. Jan.).

Historia Ducis mandatum petraratum in Leonem Episcopum Ratisponensem, ceterosque Ecclesie eius, de tractanda pace cum fratre Ludovico. Scharlingas XI. Kal. Februarii (12. Jan.).

Ordinatio de modo compositionis differendarum inter Ludovicum et Heinricum, Duce Bavariae, ad institutionem Domini Jacobi Ebrundensis Archiepiscopi, Apostolicar sedis auctori, et mediocritate Rudolphi, Romanorum Regis, et Herbipolensis ac Ratisponensis Episcopis. Actum et datum in Nureberch IV. Non. (2.) Februarii.

Alemánica.

Franconica.

Ulricus de Gundilligen Truivian Albi de Camera donat manerium suum in Mergeligen. Actum in die convensationis S. Pauli (15. Jan.).

Rudolphus Romanorum Rex exheredat Oudalricum abbas et Sacri Imperii protectione recipit, et Burgundiam Norimburgensi protegendam committit. Dat. Nuremberg VI. Id. (6.) Januarii, Ind. IV. Regni anno III.

Vallibus, Magister Moricum scolasticus majoris, rediit ex omni, ex vicaria sua in Anselmofechi solvendum, per iudicium curiam suam cum Herronichus Herbipoli. Datum et actum subhabe post octavam Epiphaniae Domini (14. Jan.).

Historicus de Alheim, cum fratre et alia suis consuetudinibus, remissa guerra super advocacia bonorum in Alheim domo se obligavit, ad curiam G... Althausen ecclesie sanctae Walpurgie in Eiceta, presentandam, Sigillatibus: Episcopo Eicetensi Hilchenardo, dicto de Meru, et Henrico Marchione Pappenhaimo, Consobli Advocata. Datum II. Kal. Februarii (11. Jan.).

W... de Tonesberg, Archidiaconus, et Albertus de Leventria, Comes Herbipolensis, Henrico de Tuteloch, civi Herbipolensi, elevat acta guerra vicari in Scholberg et Trebesingus. Datum dominica "Euse nubi" (16. Feb.).

Aera.	Bavarica.
1276	
1275	
1276	
1275	
1276	<p>Leo, Episcopus Ratisponensis, confirmat decimas novallium, ab antecessore suo Obrazalo Monasterio inferiori Ratisponae in recompensationem damnorum, tempore guerrae illorum, collatae. Dat. Ratisponae VI. Id. (8.) Aprilis. <i>vid. Hist. l. c. num. 279.</i></p>
1275	
1275	<p>Haimicus, Dux Bavariae, ecclesiae Sancti Martini in Aspach, ordinis Sancti Benedicti, dicit beneficium quoddam in Langheim et mansum sive litem in Perpsach, pro sylva in Winchelheim, sub clauulo, ut melioribus conditionibus debeat in decima aquae in Swain, apud Ruricum Hoch. Dat. et act. in Pfärrkirchen Mos (11.) Aprilis.</p>

Alemannica.	Franconica.
	<p>Coram Bertholdo, Babenbergensi Episcopo, Mechthildis, monialis monasterii Sancti Theodori in Babenberg, dicit monasterium legitimum quoddam in Egerstube (Klosterstube, paraf. Babera). Dat. Babenberg in die Sancti Rulphari (27. Mart.).</p>
	<p>Coram eodem Otto de Schwanenbere, ecclesiae in Langheim, propter damna a se illata, resignat domos Schion (Tuchlen, paraf. Trauschlitz) et Pressan. Dat. Babenberg eodem.</p>
	<p>Coram eodem officio suo, Haimicus, Adversarius de Gera, pro molis litemibus, ecclesiae Langheimensi illatis, resignat villas Sussinglut (Schwieslutana) et ecclesiam Soden, in terra Ruthenica, cum duabus villis Verpina et Vertrina (Werleina, desolata, paraf. Trauschlitz). Dat. ibidem et eodem.</p>
	<p>Gerdrudis, Helia Chantrell de Scheschenhof, pro collata sibi prebenda capituli Babenbergensi resignat bona sua in Egelsuth (Haltersgefeld), Franchendorf (Franchendorf), Stuchendorf (Stuchendorf), duas domos in Babenberg, et mansum in Hieschid (Hieschid, nomen paraf. Bamberg). Dat. V. Id. Aprilis (28. Mart.).</p>
<p>Haimannus, Augustensis Episcopus, conventui de Casarea appropriat litem quoddam, a filiis sui Haimici de Mordelinge resignatum. Datum Augustae IV. Id. (10.) Aprilis.</p>	

B a v a r i c a .

Anno.

1275

1276

1275

1276

1276

1276

1275

Andreas, S. Praxedis Presbiter Carinthie, Commissarius iudex super querimoniis Haymonis, S. Emmeram Albatu, monachi Leonensi Ratiponensis Episcopus, tunc iura exactionis, quam abbas monachi pro Abbatu intrusionem concesserat (Wolfgang Sturm de Nidderwaldich), Abbatu S. Marie in Altheim commisit, ut in ultimum inquirat et Episcopum a novis molestiis liberaret. Dat. Hancs de sudetibus xxviii Maii, Ind. IV. Pontif. Innocentii Pape V. anno I.

Lib. Prob. num 102.

Ludovicus et Henricus, Reges, conveniunt de terris prolongatis ad fontem beati Johannis, et de habendo placis Frisinge VI. febris post octavam Pentecostes. Ratiponas 1812a (12.) Maii.

Compositio Ludovici et Henrici, Ducum, in Leonensi Episcopo Ratiponensi et Friderico, Burggravio Nurembergensi, scilicet, Ratiponas XII. Kal. Junii (21. Maii).

Leo, Episcopus Ratiponensis, et Fridericus, Burggravius Nurembergensis, edicunt, ut Ludovicus et Henricus feuda a feudo Sancti Michaelis pascuis per litoniam ab armis inter sese recedant. Eodem.

A l e m a n i c a .

F r a n c o n i c a .

Mechilde, Inferioris Cellas Magistra, Juliae Alsbium, dicta Frenche, et conscribitur, vendit curiam suam in Huchpoldi, dictam Langi Curiam. Datum Salsberis ante ascensionem Domini (9. Maii) Pontif. Bertoldi anno II.

Bertoldo Episcopo Huchpoldensi confirmante Henrico de Brunch, et varia domus scolasticæ Novi Monasterii illius, et archidiaconi compositione quodlibet decem et triginta libras Hellenicum, oblige illi pro servitio submissis lousi uno et advocatus in villa Golpach, Igersheim, Biersch, Noretz, Hirschens, et Huelzen. Actum in Castro Sanctæ Mariæ, presentibus: H... Proposito Novi Monasterii, Alberto Decano, in die Pentecostes (21. Maii). Pontif. Bertoldi anno II.

Guda, Domina de Clingenberg, filicia quondam Domini Conradii de Rickenbach, cum consensu filiorum suorum Philippi et Godofredi, scilicet quondam in Clingenberg (presf. Klingenberg), fratribus de Domu Theonice in Mergolheim appretionem, a quibuscumque oneribus liberum suavit. Dat. et act. in Clingenberg V. Kal. Junii (26. Maii). vid. Gesta L. v. IV. 920.

B a y a r i c a .

- 1276.
 Federici, Salisburgensis Episcopi, indulgentiarum pro Hospitali Sancti Leonardi extra muros
 Patavie. Dat. Patavie V. Id. Junii (29. Maij).
- 1276.
 Dominica Ecclesie de Eggen Melchioris, Cantuarum Tiroli, abbasque et adjacentium parochiarum
 cum hominibus suis et fundis. Act. Mercuri in domo Palatinorum V. Id. Junii (29. Maij).
- 1276.
 Ludovicus Lemus, Paganorum Episcopus, et Federicus, Norimburgensis Burgravii, electorum
 imperatorum cum consilio, in curia Ducum Loderici et Henrici, Archiepiscopi et domini Palapontis
 IV. Id. Junii (29. Maij).
- 1276.
- 1276.
 Wul. de Werra Episcopus Patricius domus in Liège in locum ecclesie Sancte Ma-
 riae in Almerpach resignat. Datum in Almerpach Id. (1.) Junii.
- 1276.
 Melchiorus, Tiroli Comes, Curias Capue, Vellus de Torrens, in feudum conferri curiam quon-
 dam Ouzerpholendi, sicut ab inferiori litteris caris Plachid circa castrum Tied. et ab Eblino de
 Plachid alim comparatum. Act. in Curia Tiroli, ante consuetudinem superioris, III. Id. Junii (3.) Junii.
- 1276.
- 1276.
- 1276.

Alemannica.

F r a n c o n i c a .

- 1276.
 Albertus et Hermannus, filii Alverii Tindemul, Werthers
 Natus, civi in Norwiburg, vendunt curiam in Stadelin (Stadeln, prof. Guntzelhausen) et aliam apud Wulhagen, Hanc acquir-
 ptam. Dat. in incendio (Curia) Sancti Stephani (29. Maij).
 Testes: Ludovicus, filius Patavii.
- 1276.
 Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, monasterio in Marpurg-
 hensen appropriat decimam in Gehenden (Gehden), ab Heirico de
 Zabelstein in feodo possessam, accepta cum Urzari villa Rur sub
 castris Zabelstein. Testes: Heiricus de Sorubere Praepositus ma-
 joris ecclesie in Babenere; Hermannus de Stevshere Praepositus
 Novi Monasterii; Wolvold Camerarius Episcopi; Arnaldus de Lisch
 Fiscarius. Datum apud Heribopolim Nove, (5.) Junii Id. IV. Pagan.
 Bertholdi anno II.
- 1276.
 Hermannus Comes de Henzenberc ecclesie vacacionis
 in Marpurgensi resignat anno jus in alodio, sito in Haldosen.
 Testes: Heiricus Magister equitum; Bruno Norwicensis. Acta in
 vigilia beatorum Martyrum Rufini et sociorum (7. Julij).

Annus.

B a v a r i c a .

- 1175. Henricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, libertatem concessit Colles Principis, ecclesie Cisterciensis, rebus. Dat. Landauo Idibus (12.) Junii, anno incarnationis domini ecclesie III, et incarnationis 1204 I. (M. B. V. 14.)
- 1175. Otto milite de Hainchrunna capelle Sancti Spiritus, in prelo monasterii in Schefflora, a se fundator, in datum conferri bona in Fenseldorf, Haidera et Heimbachingen. Acta X, Kal. Julii (12. Junii). (M. B. XIII, 511.)
- 1175.
- 1175. Seilheri Senioris, Seilheri et Hainrici Juniorum de Miedelberch assensu, Hermannus de Jundensiet Praepositus in Stungeden remittit omnem sitem ad Rupertum, filium Wagneri, sibi proprietatis titolo auctus. Acta II, Non. (8.) Julii.
- 1175.
- 1175.
- 1175. H. Abbas monasterii Halligensis | confederatus cum monasterio in Superiori Alach. Datum in die feste Margaretha (12. Jul.).
- 1175. Ehart, Richter zu Peir, Beheimnis über den, ihm von Frau Halles, Abtzezin zu Grönesfeld, auf Leihgeding verliethen Zehent zu Winden. Geschehen an Sankt Moritztag (Martia, 13. Julii.)
- 1175.

Alemanica.

F r a n c o n i c a .

Ulrici Sociarii de Gaudellingen
 racionem Wünga de Albeck fidelis rati,
 baronis de Conara vendit quoddam
 predelium in Chabersheim. Testis:
 Degenhardus filius. Datum et actum in
 Gaudelligen X, Kal. Julii (12. Jun.).

Irmengardis, Abbatissa Comptonia (Sonnefeld), Marvilia, Abbati
 in Lantbrin, vendit bona sua in Altrahantat (pres. Weismann). Dat.
 et act. in festa martiris Sanctorum Ryliani et Sociorum (8. Julii).

Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, capitulo Sancti Johannis
 in Hooge Herbipoli incorporat parochiales ecclesias in Frickenhau-
 sen et in Ochsenfort. Acta Sabbato ante Margarethe Virginia
 (11. Julii). Presentibus: Margaldis Praeposito, Alberto Decano,
 Hermannus, lateri Episcopi, Praeposito Novi Monasterii.

Ekehardus dicitur Rostberg Bertoldo, Episcopo Herbipolensi,
 in feudum offerri redditus suos apud Duerstein, Rogvaldica, Scho-

Bavarica.

Annus.

1276.

1275.

1275.

1275.

1275.

1275.

Chunradi, Frisingensis Episcopi, indulgentiis pro ecclesia Sancti Dionisii in Scheffelaren. Datum Frisinge XVI. Kal. Octobris (16. Sept.).

Hilheprandi, Augustensis Episcopi, indulgentiis pro ecclesia in Scheffelaren. Datum Astarie (?) X. Kal. Octobris (21. Sept.).

Henricus, Dux Bavarie, ecclesie Dominarum in Nidernburg concedit librum transitum apud Vilsheren. Dat. Patavice X. Kal. Octobris (22. Sept.).

Alemanica.

Franconica.

Otto de Welfenwart, iurata in expellitona Regis Romanorum eorum Imperatoris Henrici, coram fratre Conrado, Princeps de Cararia, testamentum legit ecclesie Casarum duas habet in Scherzshoven; fratris autem in Almuo parochiam in Scherzshoven, que vulgo Hirschhapt dicitur; et ecclesiam in Scherzshoven eius quoddam, que vulgo dicitur das Gerat, sicut post ecclesiam, que non solum et agris, qui vulgo dicitur Swarcengelert, ad conservacionem parochie in Hirschhapt denique duas curas illa sicut dicitur et agris, qui vulgo dicitur Fuchtergerente. Datum et actum in die beati Augustini Abbatii (1. Sept.).

Henricus, Comes de Hatzel, bona sua in Herlheim, munitis primo anno sua Sophia, monasterio Ebrauzi pro debita ratione quinquaginta libras Halesium obligata, emendatione anno vero moderna Adelheide, superadditis a fratribus Ebrauzi viginti maris argenti, pignoris in solutorem iam ratificati. Testes: Franz Ledenicus de Coltsheim, Albertus Natusus Concellis, Henricus Dapifer, Elias Uonis. Acta in die beati Egidii Abbatii (1. Sept.).

Margaretha Proserpina Gorno abbatissa, esse in Randerstere obligat Henricus de Relesbach. Datum et actum Sabbato infra octavam nativitate beate Virginie (12. Sept.).

B a v a r i c a .

- 1275. Hiltrada, Altiensis in Nibersburg, cedit conventui suo curiam in Weltershoera (prope Neuburg) in comitatibus pro curia in Puch (Puech). Act. et dat. in die beati Dionysii (9. Oct.).
- 1275. Johannes Papi XXI. monasterio in Bamberg confirmat jus patronatus et advocatus in ecclesia S. Michaelis, in comitatu a Reipolone Comite Palatino in Craibach. Datum Vindob. V. Id. (11.) Octobris, Pontif. anno I.
- 1275. Bertoldus et Winilias, filii eius de Pramborch, conferunt ecclesie Antensi praedium in Prandustico. Testes: Ch. Tocher, Sifr. Raachant. Datum Bal. (1.) Novembris.
- 1275. Hilpbrandus comes de Jersdorf ecclesie in Underdorf legit curiam in Ansex. Dat. in Chronichberg V. Id. (9.) Novembris. (M. B. X. 225.)
- 1275. Helricus, Dux Bovariae, confirmat testamentum Ortili de Walde. Dat. Lina, die Martini Episcopi (11. Nov.).
- 1275. Ortilus de Wald cedit iure iudicatio, usquepate aliis titulis comens in hantibus ecclesie Raitshalsensis; videlicet de comensio expugnatione eius testibus nominis, quod vulgare „mit den Genusten“ dicitur. Script. in Raitshalsch, in vigilia beati Odouari (15. Nov.).
- 1275.
- 1275. Radolphus, Rex, pacem ordinat in terris Austriae, Styriae, Carinthiae et Cariole. Act. Wienae II. Non. (3.) Decembris.
- 1275.
- 1275. Dietrici, Gurgenis Episcopi, indulgentias pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. apud Wienam, in die Sancti Ignatii Papae, XVI. Id. Januarii (17. Dec.).

A l e m a n i c a .

F r a n c o n i c a .

Agnes, Cameraria de Wellenore, filioque filii, Ulricus et Arnoldus, concessio Augustina vendit curiam in Geggigen (Geggigen), Bachelere Hof domus, Acta XIV. Id. Decembris (13. Nov.).

Helricus, Comes de Gotsel, monasterio Ellenzensi appropriat manerium unum in Geroldshoven, et manerium dicit in Radegshoven (Rägsheden), a fidelibus suis Siberto de Windheim et Siberto de Windche in feodum possessione. Datum et actum feria tertia proxima post Luceie Virginis (15. Dec.). Testes: Dominus Hartmannus de Heilbrunnen, Praepositus Oulspacensis.

Anno.

Bavaria.

1275. Rudolph Rex nobili viro, Alberto de Hales, concessit feuda Gebardi et Meinardi, Comitum de Heteurche, et Henrici de Herbach, a principibus Austris relevatis. Dat. Wincas XV. Kal. Januarii (16. Dec.)
1275. Chonardi, Prætorius Episcopi, indulgentias pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. apud Wincam XIV. Kal. Januarii (10. Dec.)
1275. Coram Alredo de Sulperech Bertoldus de Waldow conventui in Wallassen assignat limam, a fratre suo, Gerardo de Tenperge, relicta, in Leinereut, Trigenreit, Nansahore, Allereut, Grube, et similibus sylvam juxta Walturne. Act. in Pfland, in die Thome Apostoli (21. Dec.)
1275. Messigibus, Prepositus in Steingales, Bertholdo, filio villici sui in Iagruet, locat pec. patr. usus ecclesie in Nyderhovon et similibus manens ibidem. Acta Ind. IV.
1275. Gebardus, Comes de Ortenberch, cum fratribus Nepome et Diepolda Comitibus de Marach, donat ad Hospitale in Ponte Bostorum curiam in Argensiat, vulgenter Schöcherberg dictam, et duas curias in Zoba. Acta Ind. IV.
1275.
1275.
1275.
1275.
1275.
1275.
1275.
1275.

Alemania.

Franconia.

- Gerardus de Wilber concessit in Langheim confect manum unum in Winc (Wieser, prof. Lichtsöf), ab Henrico de Bostant sibi refectum.
- Bertoldi, Herbipolensis Episcopi, promotoriale pro novella concessio in Coliperta, subsidia fidelium implendibus. Datum tempore Synodi, Pontificatus Bertoldi anno II.
- Capitulum ecclesie Sancti Johannis in Heuge et nobilis vir Cefio de Holentoch super libris suis compromittunt in arbitrium Domini Bertoldi Episcopi Herbipolitensis ac Alberti, majoris ecclesie Decani.
- Ullerus dictus de Vainigen conventui sacerum in Medelingen vendit predium quoddam, a nobili viro, Domino Henrico, dicto Speten de Vainigen, jure feudali possessum.
- Henricus de Münster fratribus de Cassere concessit similitudinem habum in signata Tom. IV.

D

B a v a r i c a .

Anno.

1275.
circa.

- 1277. Rudolphus, Rex, Episcopo Salisburgensi concessit partem bonorum, rebellantibus hostibus et Vassillis adstantibus. Dat. Wiennae Idus (13.) Januarii.
- 1277. Rudolphi Regis exortu, quod irrequieto Capitale nullus ecclesiasticus Princeps quampiam possit de novo infundere. Dat. Wiennae feria II, ante conversionem Pauli (18. Jan.) Ind. V, in domo fratrum Minorum.
vid. Rind I. c. num. 374.
- 1277. Henricus, Dux Bovariae, tanquam arbiter in controversia Ordilich de Walde cum ecclesia de Raitershadach, edicit, ut renuntiationes, factae super iudiciis, firmas permanant, sine ulla mortificatione executione. Testes: Ulrichus de Alenaperech, Sibaldus de Siguhorech. Dat. Otingen X. Kal. Februarii (25. Jan.).
- 1277. Carolus Henricus, Dux Bovariae, Otto, filius Henrici de Ror, monasterio Ransherensi offert redditus annuos unius Ebrae Salisburgensis, ex praediis circa Ransheren et Burchhausen. Act. IV. Kal. Februarii (29. Jan.).
- 1277.

Alemanica.

Franconica.

villa Haltheim, a Curia de Scheppach rogatum.

L. Carolus Caroli (Stalaberech) Abbatem, Consulm et Universitatis civium in Augusta testimonium pro Domina Volmaro Sapientia, milite de Romanst, quod concessimus in Haltheim bona in Aulingen, Holsingen, Hagenberge et in Henrichshaven a Domino Regis rite comparaverit, et per XXVIII, annos qui tunc praesiderit, sicut contra B. de Donselogen per idoneos testes existim fuerit.

Hartmannus, Augustensis Episcopus, Trutwin, Abbatem de Cassara, appropriat locum, under der Linden, in villa Steier, a subdilectis viris Egehoffa et Curado de Lierheim in feudo possessionem sibi que revigantem. Testes: Courchas,

Bavarica.

Anno.

1277.

Henricus, Comes Palatinus, Dux Bavarie, Conradus, Abbas in Rainbaldach, concedit facultates singulis annis libere evadendi duo talenta capere omnia, supli Eigenmilt, per dominos Parthenon, Schardinges, et Lintz. Dat. Perchus Kal. (1) Februarii.

1277.

Conradus, dicitur Thaurer, Jodex Civilis in Hall, legit ad amon Sancte Margarethe in ecclesia Sancti Zenonis pro luminari missa in civitate Hall. Acti, in purificatione Sancte Marie, (3. Feb.).

1277.

.....

1277.

Schirde von Scharding gibt dem Closter zu Furenselle in Eigenthum seine Hofe des Porzhain und das Telling. Gegeben an Sant Eilun Tag (1. Feb.) des Schirding. (M. B. V. 15).

1277.

.....

1277.

.....

1277.

.....

Alemanica.

Franconica.

Notarius Damius Episcopi Augustensis, Bismarckus Minister de Werda, Dat. et act. II. Kal. Februarii, (11. Jan.).

Hoyerus et Ulrichus fratres, et Deygo fratruella, nobilis de Turco, Iura in Bimbachin, a felice memoratis matre sua Melindis monasterio in Solignun donata, licentia confirmant. Testis Henricus Abbas Vallis Spreensar. Actum post purificationem B. V. G. Feb. 7.
vid. Guden I. c. III, 692.

Henricus Comes de Castellu Conrado Walchens, civi Heribolensi, appropriat Iura quaedam in Herigoldshusen. Datum in die Sancte Agathe (1. Feb.).

Conradus Struma de Rippsherech concessit Henricus miles de Greinhart Abbatii et fratribus de Cassara domum novam unam in Wezelsheim, qui dicitur Heroldshobe. Testis: Bertholdus, Abbas de Witzsherech. Conrado Nuntio de Witzsherech. Datum, Agathe Virginis et martiris, (1. Feb.).

Nobilis vir Henricus de Zelostela civitatis Elsteradi appropriat Iura sua in Hassen (Halsbassero), a Guffola milite, dato

Bavarica.

Anno.	
1277.	Ludovicus, Comes Palatinus Illus, Dux Bavariae, villam Peipereu, quam ecclesia in Schreilern a Sigheida Duxifera de Frisinga emi, in defensionem suam suscepit. Datum in Monico IV, II, (16. Februarii). (M. B. VIII. 354.)
1277.	Eberhardus, Comes, Ludovicus, filii quondam O. . . de Horenstun, sui patronatus ecclesiam Sancti Juliani in Naeckelbringen, a patre eorum ecclesiae in Buerberch legatae, videm confirmant. Dat. Monaci XV, Kal. Martii (11. Feb.). (M. B. VI. 407.)
1277.
1277.	Hempericus de Veytperg et Engelmarus filius, Brunoni, Brictorini Episcopi, donant castrum Veytperg, iudicium ex civitate, a loco Wer. apud Velurios usque in Winterspach et Valhsenpach, et partem domus suae in Bricio apud Sanctum Michaelen, et omnia, quae habet in dicta civitate et extra. Dat. et act. Brictorini, feria IV, in jejuniis quatuor temporibus. (17. Feb.)
1277.	Ulricus et Wihardus, fratres de Eggershausen, sub auctoritate Wicouandi, Illustris Ducis Ludovici Vicerobis, concesserunt sanctuarii Ulrici et Afrae in Angaria abstrahere ab omni impositione, pro datis ad vitas tempore Ulrici redditibus in Wunbenndorf et Chindlmanen (Hinhawren, presf. Duhaw). Wihardo autem decem libras denariorum Augustanorum. Datum VII, Kal. Martii (12. Feb.)
1277.
1277.

Alemanica.

Franconica.

	de Rode, hactenus in feoda habita. Testis: Dominus Margoldus Praepositus major. Datum in crastino Agathe Virginis (6. Feb.). Pauli, Bertoldi anno III.

	Conventus in Cella Bertoldi, Herbipolensis Episcopi, pro neglecta pensione annua tradit curiae suae in Moss. Datum Herbipoli XIV, Kal. Martii (16. Feb.). Pauli, Bertoldi anno III.

	Conventus sanctimonialium Sanctae Afrae, Ordinis Sancti Benedicti apud Herbipoliam, et Heliorien Plebanus in Celligen, communitatem suam sacrosibus de Coelportia, Giterriensis ordinis, vicinam partem decimae in Honsaetun, ad parochiam ecclesiam in Celligen spectantem, pro alioquin in Celligen. Sigifridus Bertoldus Episcopus. Datum et actum feria sexta post Martii Apostoli. (26. Feb.)

	Chunrodo Praeposito, nec non Stromo de Huppheberch et Hongo de Teubervil, vice Eysitenoi, presentibus iuribus.

B a v a r i c a.

Annus.

1277. Wolframus miles, datus de Wolferstat, conventui Sanctae Mariae in Heilsheim per manus Frederici nobilis de Truhendingen donat quoddam praedium in Erlach. Testis: Rodolfus de Callen- dia, Monachus et Sacerdos. Datum in domo sua Jubilae, (7. Mart.).

1277.

1277. Henricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Albinus, Albalis Alabensis (Niederaltach) comes in Sifhorra et in Minderiching, ab Ulrico Dapifero de Ekman collata, sine omni iure ad- vocacionis defendenda suscipit. Actum et datum in Alah VIII. Id. (4.) Martii. (N. B. XI. 252.)

1277. Wernherus, Sacerdos Episcopus, in sublimis ecclesiae Cathedralis Ratisponae, reatificari incipit, indulgentias concedit. Datum Vindobae VIII. Id. (4.) Martii.

1277.

1277.

1277.

1277.

1277.

1277.

1277.

1277. Rudolphus, Romanorum Rex, privilegium immunitatis a multis Austriae, a Frederico, Duce Austriae et Styriae, monasterio de Alha (Niederaltach) Pataviae pridie Id. Martii MCCXXI. con- cessorum, confirmat. Dat. Vindobae XI. Id. Aprilis (12. Mart.) Ind. V. anno Regni IV. (M.B. XV. 11.)

A l e m a n i c a.

F r a n c o n i c a.

quae scribitur, Conradus Wolf, servus servorum, Dominus de Casarea resignat praedictas proprietates in Rebalsteren. Testis: Fredericus, Jucus Elsterensis, Acta IV. Id. Martii (26. Feb.).

.

Bertholdi, Berolipolensis Episcopi, indulgentias pro domo ora- toria, in monasterio Conspertae assignat. Datum Habi- poli Nove (7.) Martii. Ind. V. Pasch. anno III.

Bertholdus, Comes de Graifpach, fratres de Casarea tradit habere in Elm, a Bertholdo milite de Babenra resignatum. Testis: Fredericus, Dapifer de Graifpach; Otto de Wollenwart. Da- tum proxima secunda feria post dominica- rum „Lentorum“ (8. Mart.).

Halarius Praepositus, et Irmehardus, Magister monasterii in Wirsburch, Truseion, Albinus in Heilsheim, resodant hic curia Turheim. Testis: Conradus de Turheim. Acta II. (15.) Martii.

B a v a r i c a .

Annus.	
1277.	Leo, Batigauensis Episcopus, monasterii Baitersbachensis privilegia super decimis in parochia Disfurt confirmat. Dat. Wiennae VIII. Kal. Aprilis. (23. Mart.) (M. B. VL 371.)
1277.	Rudolfus, Romanorum Rex, Abbatem de Baitersbach laicorum privilegium Frederici, quondam Austriae et Styriae Ducis, de victualium liberis transiit, anno MCCLXXVII. Kal. Octobris apud Medlicum imperatum. Dat. Wiennae VIII. Kal. Aprilis (23. Mart.) Ind. V. anno Regni IV.
1277.
1277.
1277.
1277.

A l e m a n i c a .

F r a n c o n i c a .

	Hermannus junior, Comes de Henneberg, ecclesiae associacionis Navalis Sanctae Mariae (Frasenode) conquisit omnes pro, injunctis sibi eruditionem in villa Wolfenhausen (Wolfenhausen), a patre Otone, Comite de Barchinonae, filio Comitis collatum; similiter in molendinis apud Eberhausen. Testes: Conradus de nobilitate de Trompberg, eorum Hermannus Comitis, Dominus Heredes Albus de Barchinonae, Dominus Henricus Abbas de Vronwe, Dominus Fredericus Praepositus de Hassen, Albertus Notarius Comitis, Clorius, Astum et datus apud castrum Aischach VIII. Kal. Aprilis (23. Mart.) in concussione dominica.
	vid. v. Schatzes Geschichte des Hauses Henneberg I. 452.
	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, Mauritium, Abbatem Sancti Jacobi Scanzum, pro successu episcopi in expeditione Episcopi ad Serenissimum Rodolphum Romanorum Regem, indultum presentis privilegii in diocesis sanctae Sanctae Mariae. Testes: Albertus Canonikus ecclesiae Sancti Johannis in Dingge, Procuratoris Curiae, Henricus Wulfi Canonikus, Arnold de Linsch Focerus, Campes de Scherzhansen Dapifer, Datum mense Martii. Ind. V. Pontif. Bertoldi anno III.
	Statuta Curiae Herbipolensis contra Haereticum militem, Eatum de Wandenscher, ad refutandum Averoldi, majori ecclesiae Curiae, omnium unius anni, subscriptione de hinc in Berthain. Lata feria tertia post Quasimodogeniti. (6. April.)
	Walthaus Praepositus et Curatus in Rehdorf, Dominus Petrus, exortu Damiini Henrici de Wandenggen, exhibenda concussione expedit. Datum Rehdorf, XIV. Kal. Maii (18. April.)

B a y a r i c a .

Annus.	
1277.	Vid. Guersini Episcopi, indulgentias pro ecclesia in Friburgensi. Dat. Wirmaco XII. Kal. Maii (10. April.).
1277.	Johannes Pape XXI. O. (Ortolfo), Abbat. de Durax, conceit. usum mltre, annali et studii. Dat. Durax Wirtin. X. Kal. Maii (21. April.) Passif. anno I.
1277.
1277.
1277.
1277.
1277.	Ascherius, Domus ecclesie Cardinalis, canonici Capite Augustensi, et Inquisit. nomen Rayno legitime existit Abbat. monasterii Sancti Emmerani? Dat. Virolii in vigilia Pentecostes (11. Maii). Passif. Johannis Pape XXI. anno I.
1277.
1277.

Alemanica.

F r a n c o n i c a .

.	Helorici, filii Gotscholdi (Cressoni), ecclesie Sancti Jacobi Sessorum donat. vintum suum in Schottenen. Sigillus Bertholdi Episcopi. Datum in mense Aprilis. Passif. Bertholdi anno III.
.	Conventus Sancti Johannis in Holstetli curatibus de Melchingen pascuis ibidem. Acta proximo sabbato post Erem. serenationis. (5. Maii).
.	Bertholdus Herbipolensis Episcopus Capite majori confert parochiales ecclesias Gullebreen (Gullebren) et Hrenholm (Hrenholm). Datum III. Id. (11) Maii. Passif. Bertholdi anno III.
.	Ebelius, circ. in Himmelsbore, canonici antimonialis in Corlipora apud Gessendun (Schöndun) tradit. luna apud Hilde- rich, a nobili Damico Otmur. Jeno de Erenschich, comparata. Acta in festo Pentecostes (10. Maii). Sigillus: Gertruda Abbatis. Testis: Advocatus Theodericus de Ertal.
.	Bertholdus, Episcopus Herbipolensis, Leopoldo, Imperatori sub- Coquinario, generaliter confert omnia feoda, a Leopoldo pater in feodum sibi obitatu, preterea hereditibus ipius, si de medio tali iustitiam, spudet amissionem ipsorum feodorum, que vulgariter

Anno.	Bavarica.
1277.	
1277.	
1277.	<p>Bedolphi Imperatoris reversales, archidiaconi Salsburgensi et Babenbergensi, Ratiponensi et Pataviani, Guberni, Chimerani et Senariensi exhibitor, ac subdiaconi, ab ipso pro milicia in Austria prebitor, per successores in consanguinitatem dictam profectus. Dat. Winace V. Kal. Julii (27. Junii) Ind. V. Regni anno IV.</p>
1277.	
1277.	
1277.	
1277.	
1277.	

Alemunica.	Franconica.
	<p>Carum Sibertus scolaris de Windheim, et Conradus milites, filii Gualteri, Thuringici Illustri comitis Theonici regibus decem presidi Villarsii (Villarswiese prope Burgundiam, presidi Gungelbach) per N. archidiaconi Ballenstern. Dat. in die festi Johannis Baptistae (24. Jun.)</p>
<p>Hartmannus Augustinus Episcopus, Electus et Jussus, Jure Schongauer, civitas Augustiniana, sub preside retrocedente conductu melandrom Episcopate (Bischof Mühle), Postum Windheim (Wietach Brücke), dimittenteque Lubum in Babingon (presidi Schwelmützen) per DXXV, Ebra decessitum Augustinum. Scriptum VI. Kal. Julii (26. Junii).</p>	
	<p>Francis Israelii, archidiaconi Heremitarum Sancti Augustini, Beduensis Episcopi, indulgentias per monasterio Giespachensi. Datum V. Kal. Julii (27. Junii) Ind. V. Pontif. Israelii anno IV.</p>
	<p>Heinrich, archidiaconi Babenberga, Episcopi, Augustini Norimbergensi per C.C. maris relictis universis bonis in villa Erenswalde, per Erenswalde, Constatum, pax monasterio, a Hilpranda, pax monasterio, de Susselheim concessis. Datum et actum Winace II. Kal. Julii (26. Junii).</p>
<p>Egolfus, archidiaconi de Lierheim, de comitibus illi sui Rapert, Trutino, Alodi de Caseris, archidiaconi in Moringen, vulgare Negelbergensi. Datum in actura beatorum Apostolorum Petri et Pauli (6. Julii).</p>	<p>F 2</p>

Bavarica.

Annus.	
1277.	.
1277.	.
1277.	Obitus, Marcoloni de Schilperch, residentis curie in Hermaustera, a patre suo monasterio Stungelensi datum, scriptum. Act. in die Sanctae Marie Magdalene h. e. XI. Id. Augusti (22. Julii), apud claustrum dictum Pöllgen. (M. B. VI. 534.)
1277.	.
1277.	Herzog Heinrich bestätigt der Pfar zu Suet Gilgen, dem Inbruchsamt und dem Strohshaus zu Passau, die ältere heiligen Privilegien und die Zeitfreiheit. Geben am Stad Martinstag (19. Julii) zu Grinzlach in der Pfalz.
1277.	Comiti Chunrado de Eberle Wirato de Fritschkoren, fidei eius, antecessoribus in Bala-horen donat prebendam suam in Mathersdorf. Acta 13. Id. Augusti (30. Julii).

Alemannica.

Franconica.

Conventus de Lirheim fratres de Cantaria donat duas curias in villa Sorheim. Testes: Rodolfus Praepositus de Fultrauth, archidiaconus Conradus, decanus de Harscheim, Canonici Augustensis, Egilinus de Lirheim Petrus Conradus, et Rupertus filius suus; Ulrichus et Fridricus de Truhelungen; Heinricus Minister de Werda. Facta in Cantaria ad Alere Virgine gloriense, pridie Id. (14.) Julii.

Gaufelus, miles de Ebnacke, de consensu Rudolphi, Romanorum Regis, conventui sanctimonialium in Vresentali vendit villam suam Lora (Lohr, praef. Rothenburg), ab Imperio in feudo precedentem, villamque suam Rospach (Niederriepach) in locum feudi surrogat. Datum XIII. Id. Augusti (20. Julii).

Hartmannus, Augustensis ecclesiae Episcopus, scribitis in Medingen confirmat jura parochiali apud villam Wülfingen, per parentem suum Hartmannum Canonicum de Dilligen, concessa. Datum Augustae VI. Id. Augusti (27. Julii).

Anno.

B a v a r i c a.

1277.
vum, Luzzilunchiruhun, Geigingun, Poh, Phistorham, Satalarum, Punaha, Tuntunispah, Hasalpah, Zigiruti, Chirstetti (Enchoven, Loitzenkirchen, Gaiging, Bach, Pfisterham, Sattlern i. e. Frauen Sattlern, Tinsbach, Haselbach, am Reut, Kirchstetten, praef. Vilsbiburg), in pago Spehtreino et in Comitatu Oudalrici Comititis. Guntharius Cancellarius etc. Data Kal. (1.) Novembris Ind. VI. (X.) anno Regni XI. Actum Frankonofurt. vid. *G. A. III. 375.*
1011. Idem loca ad Cameram suam pertinentia, in villis Apinheim, Meiarespah, Habuhpah, Hamuntespah, Tiufstat, Zilitun, Buttigan, Durriograsmaras Aha, item Grasmaras Aha, Holzheim, Riscal, Goldaraperc, Uuisagartadorf, Tanzinperc, Uzhovara, Pahamanum, Elsanpah (Opping? Weiersbach? Habach, Tiefstadt, Grassensee? Holzheim, Reisa, Goldsberg, Anzenberg, Pechmann, Elsing (praef. Pfarrkirchen et Eggenfelden), in pago Rottgowi et in Comitatu Chadalhohi Comititis. Eodem. vid. *G. A. I. c. 376.*

- Annus. 1011. Itidem loca proprietatis suae Dingoltinga Superior cum XXXVII. aliis (Ober-Dingolting) in pago Isiningouua, in Comitatu Geroldi Comitis. Eodem.
vid. *Oesterreicher Neue Beyträge* IV. 31. cum illustratione locorum.
1013. Itidem loca ad Cameram suam pertinentia, in villis Emmingehovun et Walahanaspah — in Comitatu Ebbonis. Guntharius Cancellarius etc. Data Kal. (1.) Decembris, Ind. VI. (XI.) anno Regni XII, Actum Merschuro.
vid. *G. A. III.* 466.
1017. Itidem praedium Vschircha (Aufkirchen, praef. Starenberg), de Radpotone ad Cameram acquisitum, in Comitatu Arnoldi. Guntherius Cancellarius etc. Data III. Kal. Maii (29. Apr.) anno Regni XVI, Imperii IV. Actum Jugeleheim.
v. G. A. I. c. 471.
1018. Henricus Imperator Sanctae Romanae ecclesiae donat praedium Terma, in Ducatu Spoletano et in Comitatu Narnensi, pro praediis Winheringun, in pago Hisiningouwe et in Comitatu Chadalohi Comitis (Winhering, praef. Alten Oetting), cum locis Antisna et Woulinbach (Antissenhof et Weilenbach, praef. Ried?), quae dicat ad stipendium Canonicorum S. Petri et Georii. Guntherius Cancellarius etc. Data VI. Idus (8.) Februarii, Ind. I. anno Regni XVII, Imperii IV. Actum Mogoncie.
vid. *G. A. I. c.* 499.
1025. Eberhardus, primus Babenbergensis Episcopus, a Domina Irmengarda de praediis Ouraha (Herzogenaurach) et Zenni (Langenzenn), quae b. m. Henricus Imperator de Chunrado Comite prius obtinuerat, investitus, eandem curtem Ouraha cum appendiciis suis in altera parte Ratenze, in terra scilicet et terminis Francorum, transfundit in stipendium fratrum ecclesiae suae, sic quidem, ut post obitum Dominae Irmengardae reddant Zenni et suum recipiant Phurti (Fürth); insuper dum idem praedium silvis non abundet, ad usum dominicalem ligna ex altera parte Ratenze in foresto Episcopi accipiant capsulasque apibus ponendi, quod rustice Cidelwida dicitur; incolae autem singulis annis modium avenae et dimidium siliginis Episcopo persolvant, pro eoque, ut ipsius servi dominicales, caedendi ligna licentiam habeant. Testes: Luipoldus Praepositus, Bouso Decanus, Roukier Magister Scolarum; Comes Adalbertus.
1043. Henricus Rex ministro suo Pardonis tradit praedium in villis Wermerisha, Hegina et Furchenriet, in pago Nortgowe et in Comitatu Henrici Comitis, sibi a Domina Adalheit ejusque filio, Gebehardo Comite, in regale jus suum atque dominium transfusum. Adelgerus Cancellarius in vicem Bardonis Archicapellani recognovit. Data IV. Kal. Decembris (28. Nov.) Ind. XI, anno ordinacionis XVI. Regni V. Actum Ingelenheim. (*M. B. XXIV.* 313.)

- Annus.
1085.
circiter.
- Ladislau, Dux Poloniae, pro suae et uxoris Judithae animae remedio Rouperto, Babenbergensis ecclesiae Episcopo septimo, per manus Eberhardi et Heinrici (Paderbornensis?) Episcoporum transmittit duas aureas cruces, injuste ablatas et in terra sua a se redemptas.
- 1096
- R. (uthardi) Moguntini Archiepiscopi licentia, pro H. (ermanno) Augustensi Electo, capessandi ordinationem ab aliis quibusvis Episcopis, ob difficultates praesenti tempore evergentes, salvo tamen Moguntinae Sedis honore.
- 1096.
- Herimannus Augustensis Episcopus Sizoni Custodi successoribusque ejus assignat portionem oblationis, hactenus propriis usibus sibi usurpatam. Rudolfus Praepositus; Erkanricus Decanus; Udalricus Vicedominus. Actum Augustae.
1106.
circiter.
- Otto Babenbergensis Episcopus et Abbatisa de Haderichsbruegen per manus Advocatorum Friderici et Berengarii inter se commutant Erlolfum quendam, pro Wolfhardo quodam. Testis Egilbertus Praepositus; Adalbertus Decanus.
1113.
circiter.
- Heidenricus de Lihdenvels a Friderico de Niste suscipit Advocatiam praedii in Rudental (Rodenthal, desolata modo, praef. Weissmain), post mortem Friderici pro ecclesia S. Michaelis administrandam.
1114.
circiter.
- S. Michaelis Babenbergae monasterium, quum sub Henrico V. Rege seu IV. Imperatore, et Wolframo Abbate, ab Ebone quodam LXVII. talentis comparasset praedia apud Rotingen et Ilstrot, Udalrico filio ejus, ex captivitate exsoluto, ut praetenso suo jure cederet, superaddit XV. talenta, quo facto demum Udalricus, cum filiis suis Udalrico et Erchenberto, per sua praedia in Ermbrechteshusen contra quemcunque defectum se evictorem praestat.
1124.
circiter.
- Adeloldus Walpoto pro suae et Fratris Udalrici, in vinculo excommunicationis mortui sepultura, Ottoni Babenbergensi Episcopo tradit praedium suum in Altenholvelt, quod Episcopus, dato defensore Walthero de Stripperch, transmisit ad Altare S. Michaelis monasterii, cui Udalricus quum viveret, sponderat praedium quoddam in Druenesdorf, iuxta ecclesiam et molendinum, cum duobus mansis in Dalenvelt (Tannfeld). Testes: Eberhardus Praepositus, Egilbertus Decanus, Udalricus Custos, Tuto Scolasticus; Reginboto Comes; Sterkerus Comes.
- 1125.
- Otto Babenbergensis Episcopus VIII. praedium apud Rintpach (Bimbach, praef. Neustadt a. d. Aisch), ab Abbate Hirsaugiensi Volmaro cum villulis adhaerentibus C. talentis coemtum, tradit ad Altare S. Michaelis in Monte Babenbergensi, per manum Willihalmi, liberi hominis de Giche, constituitque Rapotonem Comitem honorum defensorem. Testes: Reginboto Comes, Fridericus de Liutenbach, Friedericus de Mistelbach; Acta Ind. III, feria V? IV. Non. (4.) Mai.

- Annus. 1126. Honorii Papae II. notitia, qualiter monasterium Superioris Altae anno MCXXV. Ind. VIII. (III.) III. Id. Decembris Imo anno Lotharii Regis Saxonici? sub Abbate Lüdewero, per Fridericum Ratisponensis ecclesiae Advocatum et Albertum Comitem de Windberch, ad quorum ditionem locus Altae pertinuerit, Deo et S. Petro sit dicatum. Datum Laterani in Palatio? Ind. IV. XI. Kal. Aprilis (22. Mart.) Ottone S. R. Sedis Cancellario.
(M. B. XII. 98. Charta rasa, innovata multumque suspecta.
1128. Notitia, qualiter ecclesia in Furhenriet decimationes suas in Tanloch et Ammenruht, per Wortwinum Abbatem Castellensem violenter ablatas, justitia praevalente receperit et a subjectione ecclesiae in Luterhoven, coram Episcopo Eistettensi Gebehardo, se vindicaverit. Testes: Hermannus Archipresbyter et Canonicus; Pilgerius Decanus. Acta Ind. II. (VI.) II. Id. (12.) Nov. Louthario Rege. (M. B. XXIV. 317.)
1130. Otto, Babenbergensis Episcopus, cum consensu Chounradi Custodis, Meingotum militem suum de Otlohestorf villae Widderhoven (Weigelshoven, praef Forchheim), ad Custodis beneficium respicientis, Advocatum constituit. Testes: Eberhardus Praepositus, Egilbertus Decanus. De militibus Domini Episcopi: Starchere de Mutechendorf, Eberhardus de Chrusine. Actum Babenberg Ind. VIII. anno Episcopatus XXVIII.
1130. Embricho Wirceburgensis Episcopus amicabilem compositionem inter Fratres de Novo Monasterio eorumque Advocatum Reginhardum, super exactionibus et servitiis Advocatae in Riedenheim, Rettersheim, Gibelstatt et Bütthardt (praef. Röttingen) confirmat. Testes: Otto Praepositus, Sigefridus Praepositus, Gebhardus Archidiaconus, Babo Decanus. Liberi: Godebolt Comes, et filius Poppo, Berthold Comes. Actum Ind. VIII. Regni Lotharii anno V.
1139. Innocentius Papa II. Ottoni Abbati Castellensis monasterii, a nobilibus quondam viris Beringero, Friderico ac filio ejus Ottone, nec non a Liutgarda Comitissa in allodio suo fundati, privilegia sua communit. Datum Laterani per manum Alberici Cardinalis Cancellarii, III. Id. (11.) Aprilis, Ind. II. (III.) Pontificatus anno X. (M. B. XXIV. 314.)
1139. G. Ratisponensis ecclesiae Archipresbyter per manum avunculi sui B. Sancto Georio tradit V. mancipia in servitium. Testes: Egilbertus Decanus, mox electus in Episcopum, Eberhardus Praepositus, Timo Praepositus; Arbo, frater Adalberonis . . . Starchor.
- 1139 circiter. Pilungus de Meminstorf, Babenbergensis ecclesiae Ministerialis, Altari S. Dionysii in Banza delegat allodium Nedimistorf (Nedensdorf, pr. Banz), sorori suae Juditae a Chunrado de Wacendorf marito, in donum maritale traditum, et ab ea fratri venditum, reservans sibi Advocatiam, siquidem illam a Comite Rapotone beneficii loco possit obtinere.

- Annus. 1143. Celestinus Papa II. ad preces Gualtheri Episcopi in protectionem suam suscipit Hospitale S. Crucis in Augusta, a beato Ulrico fundatum et a Gualthero in Civitatem translatum et ditatum. Dat. per manum Gerardi S. E. R. Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, VI. Kal. Decembris (26. Nov.) Ind. VII. Pontificatus anno I.
1143. Waltheri Augustani Episcopi consensu Bruno, Decanus et baptismalis ecclesiae in Minori Offingen Sacerdos, de Diepoldo Ministeriali Episcopi emit curiam quandam in Minori Offingen, forensi ecclesiae ab occidente contiguam. Testes: Reginhardus Archipresbyter, Hermannus Thesaurarius, Witigo Praefectus, Arnold Camerarius, Wimar Castinarius, Heinricus Dapifer, Marquart de Porta Aquilonari, Chunrad major Villicus. Acta in Civitate Augusta, Ind. VI. Regnante Chunrado Rege, Praesidente Innocentio Papa II.
1146. Eugenius Papa III. Episcopo Babenbergensi et universo Capitulo innotescit, quod post diligentem inquisitionem in Heinrici Regis vitam et miracula, per T. Sanctae Rufinae Episcopum et T. Presbyterum Cardinales, Legatos suos a Latere peractam, illum inter Sanctos referre et anniversarium definire decreverit. Datum Transtiberim II. Id. (14.) Marcii.
1150. Idem Hospitali S. Crucis, a Walgero quodam per traditionem villae suae Madelgereshusen fundato, ab Udalrico intra muros transplantato, et ab ipso Walthero in aptiorem suburbii locum translato, donat hubam et dimidiam Augustae, hortum urbi contiguum, hubam cum decima in Overhusen, decimam in Bobingen, Waringen et Mantechingen; praeterea bona Hospitalis confirmat in Madelgereshusen, Tatehoven, Maingriendel, Perg, Gershoven. Actum Ind. XIII. Non. (4.) Sept. Praesidente Eugenio Papa III. regnante Chunrado Rege IV.
1150. Waltherus Augustanus Episcopus ecclesiam Holzheimensem, vetustate aeque ac negligentia collapsam, pro bona voluntate Agilward Praesidis restauratam, in protectionem suam suscipit. Testes: Sigifridus Praepositus; Conrad Vicedominus; Erkanger Thesaurarius; Hermannus Camerarius; Pertholo Celerarius; Otto de Habechisburc; Acta Ind. XIII. Praesidente Eugenio Papa III. regnante Conrado Rege III.
1151. Intercedente Cunrado Romanorum Rege et rogatu Adami, primi in Ebera Abbatis, Fridericus, filius Regis, silvam, quae vocatur Stegerwald et pertinet ad curiam Swarza, fidei Regio Gualthero inbeneficiatam, ab eodem in manus suas recipit et resignat in manus Gebehardi Wirceburgensis Episcopi, ea ratione, ut idem Episcopus dictam silvam transferret ad monasterium Ebera, quod Regis beneficium redintegravit per V. mansos in villa Rudelshoven, filio Regis autem in proprietatem tradidit III. mansos in villa Spizesheim et XXX. marcas argenti, ut transigeret cum fidei suo Marquardo de Grunbach de resignatione Advocatae super villa Herelheim, Gualthero pro ulteriori indemnisatione relinquenda. Excipitur tamen a sylva cessa pars modica ejusdem, Castro Stolberg contigua, pro usu Castellanorum. Testes: Burchardus Praepositus — Cunradus Marchio de Saxonia et Adelbertus Marchio; Herimannus de Winzenburg — Adelbertus de Truhendingen; Cunradus de Ragoz; Gotefridus de Nurenberg. Actum Wirzburg Ind. XIV. Anno Regis XIII.

- Annus. 1152. Eberhardus Babenbergensis Episcopus II. testatur, qualiter sub praedecessore suo Ottone Cunrado, S. Gangolfi Praepositus et majoris ecclesiae Custos, ab Hermanno tunc S. Michaelis Abbate, ad vitae tempus receperit partem collis, non longe a monasterio conjacentem, dumis et fruticibus obsitam; pro conserendo illam sua impensa vitibus. Testes: Udalricus majoris ecclesiae Praepositus, Volmarus Decanus, Liupoldus Praepositus S. Stephani; Bruno Episcopus; Heberhardus Magister [Scolarum; Giselbertus Archipresbiter. Data Babenberc MCLI (i. e. anno incarnationis 1152. secundum stilum Florentiaum). Ind. XV (1.) XVI. Kal. Martii (14. Febr.) Friderico regnante cum Domino nostro Jesu Christo, monarchiam Romani Imperii autem tenente Cunrado Rege, sed graviter egrotante. (7. die postero).
1152. Eugenius Papa III. confirmat a.) Ewardi Babenbergensis Episcopi cum Adamo Ebracensi et Adamo Langheimensi Abbatibus initam transactionem, ex qua fons salis neglectus et nihil utilitatis hucusque afferens utrique monasteriorum concedatur ad excolendum communibus expensis; b.) cessionem silvae Stegerwalz, in qua Castrum Stolberg situm est. Datum Signie XVII. Kal. Jun. (16. Maii).
1152. Idem ad preces Eberhardi Babenbergensis Episcopi confirmat renunciationem investiturae et Advocaciae super Abbatia de Alaha, Reginae dignitati competentis, sed a Friderico Rege monasterio ipsi redditae. Eodem.
1154. Gebehardus, Wirceburgensis Episcopus, Adamo Langheimensi Abbati villam, quae vocatur Tampach Inferior, in jus ecclesiae suae trahere annuit. Acta Friderici Imp. I. anno III. Data Wirceburc VIII. Id. (6.) Jun. Ind. VI. (v. Schultes Rob. Landesgesch. Urk. 5.).
1159. Heinricus Dux Austriae Castellense coenobium, constructum a parentibus suis, quorum in bona hereditario jure successit, ampliat cum omnibus Ministerialium de Habechsparg beneficiis, monasterio conterminis, Capella videlicet in Habechsparg, cum dote et mancipiis, parte fori Lauterhofen, praediis Kazheim, Gezendorf, Yringsveld, a Tiemone de Alspach resignatis, beneficiis illorum de Bruonentale, Walhesvelt, Balderateshofen, Diethmarsvelt et Mantelach. Testes: Cuonradus de Ronige et filius ejus Conradus; Adalbertus de Perge; Pabo de Sloonice; Liutoldus de Pleien, filius Comitis; Walchuon de Machlanth; Adalbero de Chuonringen; Engilbertus Pincerna Ducis. Data Windopoli IV. Kal. April. (29. Mart.) Ind. VII. anno Imp. Friderici V. Annuente Theodora, uxore Heinrici Ducis de Grecia. (M. B. XXIV. 317.)
1162. Idem ad C... H... A... et fratrem ejus A... ne res invadant monasterii Castellensis, per Ducem conjugemque suam traditas. Datum Windopoli IV. Non. (2.) Aprilis Ind. X. (M. B. XXIV. 319)
1164. Heinricus Wirceburgensis Episcopus Langheimensi monasterio pro bonis in villa Ahldorf (Ahlstat in Duc. Rob.) deputat decimas VII. mansorum in Sacendorf (Sachsendorf, desolata praedii Tambach). Act. Ind. XII.

- Annus. 1105. Fridericus Imp. Abbatem Geboldum et omnia Castellensis monasterii bona, ab Heinrico Austriae Duce collata, nominatim Alerspach villam, in defensionem suam suscipit. Cristanus Cancellarius recognovit. Acta Ind. XIII. anno Regni XIII. Imp. X. Datum Ratisponae VIII. Kal. Jul. (24. Jun.) (M. B. XXIV. 520)
1167. Heroldus Wirceburgensis Episcopus vineta quaedam inculta in Ahusen (Sommerhausen), ad curiam Episcopalem spectantia, habitantibus ibidem excolenda concedit. Testes: Richolfus Summus Praepositus; Perseus Decanus; Marquardus de Grumbach; Gerhardus Comes de Berlheim; Henricus et Billungus Sculteti. Acta Ind. XV. Friderici Imperii anno XV. Boppone Comite Urbano.
1170. Coram Wernhardo Castellensi Abbate Gotfridus de Mantela pro acceptis VIII. talentis manerium suum in Mantela resignat, ut mos est Teutonicorum. (M. B. XXIV. 522.)
1172. Theodoricus, Presbyter S. Stephani, ad Altare ejus tradit praedium suum, ecclesiam videlicet Berchaim, hereditario jure hucusque ac tricennali possessione manutentam, cum dote et decimis, per manus Advocati sui Pertolli de Durach et filii ejus Adelgozi. Testes: Deipolt Praefectus, cum sigillo Episcopi Hartmanni. Conscripta Ind. V. In tergo ulterius notatae sunt donationes cujusdam in Walpach, et patrimonii in Erringen, ab Alberto Plebano S. Stephani per manum Advocati sui Sifridi de Donnersperch translati.
1173. Ernest de Nurnberg ad Altare S. Georii in Babenberc delegat famulam suam Hiltam. Confirmante Episcopo Hermanno, Episcopatus anno II.
1178. Alexander Papa III. S. Mauritii monasterium in civitate Augusta sub protectione sua suscipit. Dat. Tusculani, per manus Alberti S. R. E. Cardinalis Presb. et Cancellarii, IX. Kal. Novembris (24. Oct.) Ind. VI. Pontificatus anno XX.
1179. Bertholdus Custos remittit Rappotoni cuidam medietatem census ex area quadam Custodiae S. Jacobi, ab Antecessore suo Heinrico de Rintpure impositi. circiter.
1180. Henricus Babenbergensis Praepositus mancipia quaedam in Pheringen (Pfüring, praef. Ingolstadt), de Chunrado quodam revindicata, ecclesiae Babenbergensi in servitum relinquit, pro jure illorum, qui in curia publica fratrum in Babenberc ministrare noscuntur. Testes: Eberhardus III. ecclesiae S. Jacobi Praepositus; Thiemo S. Stephani Praepositus; Hermannus Archidiaconus. Acta Ind. XIII. sub Ottone Episcopo II.
1181. Raboto II. Abbas in Lanheim Hildebrando et Tagenoni de Lapide pro omni petitionum vel exactionum justitia ex beneficio Fuldensis ecclesiae, VII. scilicet mansis disjectis in duabus villis Brunebach et Sazzindorf (nunc praedii Tambach), imponit III. talenta per annum. Factum in Curia Tambach.

- Annus. 1142. Chuno Ratisponensis Episcopus dedicat ecclesiam in latere montis Hagere, in contermino Danubii et fundo Castellensis monasterii constructam, die XV. Kal. Aug. (18. Jul.) illamque ad arbitrium Abbatis Chuonradi remittit. Acta Ind. XV. anno Regni XXX. Imp. XXVIII. (M. B. XXIV. 323.)
1183. Reginhardi Wirceburgensis Episcopi consensu Burchardus Ebracensis Abbas per commutationem conquirat quaedam bona parochiae Gochesheim (praef. Schweinfurt), tertiam partem videlicet decimarum in Dietschach et in Wiese, cum uno manso, de Parochiano dictae ecclesiae, Wortwino, Novi Monasterii Praeposito. Testes: Dietericus Praepositus; Heinrichus de Trimperch. Acta anno Regni XXXII. Imp. XXIX. Pontificatus XII.
1183. Lucius Papa monasterium S. Mauritii in Augusta sub speciali protectione suscipit, cum bonis in Baldeshusen, Mimenhusen etc. et in Provincia Franconica villam Chrowelshem, ecclesiam et villicalem curiam in villa Goltpach cum taberna etc. Dat. Velletri per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis et Cancellarii, XIII. Kal. Martii (17. Febr.) Ind. II. anno incarnationis MCCXXXII. Pontificatus anno II.
1185. circiter. Fratres beatae Fidis, in emto sibi praedio Bucha (Buchau, praef. Weissmain) de possessione ecclesiae injuste deturbati, ab Ottone Babenbergensi Episcopo XII., prius consulto Wirceburgensi Episcopo, in cujus parochia dicta ecclesia est sita, restituuntur ipsaque ecclesia Wolframmo Abbati S. Michaelis jure fundi confirmatur. Testes: Tiemo Praepositus; Berthold Dux.
1188. circiter. Adalbertus, Babenbergensis ecclesiae Canonicus et Magister Scholarum, praedium in Roudental (prope Pfaffendorf, praef. Weissmain, desolatum nunc) emit ab Hermanno, Marchionis Bertholdi Ministeriali, traditque per manus Episcopi Ottonis II. super Altare S. Michaelis. Testes: Burchart Decanus; Themo Praepositus S. Stephani.
1189. Ottonis, Eistettensis Episcopi auctoritate, Fulmarus, Canonicus et Capellanus ejus, domum suam supra Pontem donat b. Petro in Castel, pro suo anniversario. Testes: Cunradus major Praepositus; Otto major Decanus; Albertus Magister Scholarum; Humpertus Archipresb. Hartwicus Dapifer et filius ejus Ulricus. Acta Ind. VIII. Episcopatus anno VIII. (M. B. XXIV. 324.)
1190. circiter. Heinrichus Summus Praepositus hortum quendam et adiacentes areas Praepositurae suae per manus Ottonis II. Babenbergensis Episcopi delegat ad Oblationem Fratrum majoris ecclesiae, secundum dispositionem Ulrici Archidiaconi. Testes: Burkart Decanus; Tiemo Praepositus S. Stephani.
1193. Celestinus Papa III. Priori fratibusque Hospitalis Hierosolimitani confirmat possessionem ecclesiae de Rictardrodan (Richartsrode), ab Alberto de Hollo donatae. Dat. Laterani XVI. Kal. Jan. (17. Dec.) Pontif. anno II.

- Annus. 1194. Udalscalcus, Augustensis ecclesiae Minister humilis, S. Crucis Conventui, per Episcopum Cunradum de loco Mutershofen ad locum Hamel, exinde per Praesidem Hartvicum in civitatem Augustam translato, possessiones suas secundum terminos de novo positos confirmat. Testes: Otto Camerarius, Ministerialis; ex nobilioribus: Oulricus de Risinsburc; Kadelhoch de Churchberg. Actum Ind. XII. Regni Henrici Imp. anno IV.
1197. Gudelohus Ministerialis Tiemoni Babenbergensi Episcopo hortum suum proprium ad curiam Monachorum Ebracensium, Lanheimensium et Halesbrunensium, et alterum, quem tenet ab Episcopo jure ususfructus, in casum mortis suae resignat, per manum Salamanorum Marquardi de Wisendowe et Heiorici de Stein Canonicorum. Testis: Cunradus majoris ecclesiae Praepositus; Egelhardus Decanus.
1198. Conradus Puer, matricis ecclesiae Ministerialis, fratribus monasterii S. Crucis in Augusta donat curiam in Berge, ut conjugem Irmengardim recipiant in consortium sororum. Testes: Chunradus Praefectus. Actum MCXCVII. Innocentio Papa praesidente, Philippo Rege regnante, Udelshalco Episcopatum gerente. (hoc est: anno incarnationis, stilo Florentino, nobis 1193, illis ad diem XXV. Martii aduc 1197. Innocentius III. electus 3. Jan. 1198. Philippus Rex iidem 1193.)
1200. Otto miles in Lutembach ancillam suam Leucardim tradit ad Altare S. Jeorii. Testes: Conradus Praepositus, Egelhardus Decanus, Cunradus Custos.
1202. Elizabeth dicta de Drosinriut, communicato consilio mariti sui Eberhardi de Blassenberch, per manum eiusdem delegat ad Altare S. Georii in Babenberg duo mancipia sua. Testes: Gundeloch Decanus, Marcwardus Custos. Acta sub Ekkeberto Babenbergensi Electo.
1202. Coram Hartwico, Augustensis ecclesiae Electo, et in praesentia Canonicorum et Ministerialium ejus, Dominus Bruno de Eberstal omni juri suo renuntiat in praedio S. Stephani in Walpach, supra montem sito, quod Abbatissa Alheidis Witegowo, Brunonis filio, confert tunc ad dies vitae. Testes: Sifridus, Summus Praepositus; Reinboto Vicedominus; Cunradus Burgravius; Eberhardus Summus Villicus, Anshalmus de Waldiu; Bertholdus Praepositus de S. Cruce.
1203. Chunradi, Ratisponensis Episcopi, consensus, ut Henricus Ecclesiasticus Kizzinspuhel, ex familia Babenbergensis ecclesiae, ducat in uxorem Irmegadim de Kitzinspuhel, ex familia Ratisponensis ecclesiae.
1207. Innocentius Papa III. ecclesiae S. Mauritii in Augusta praedecessorum privilegia confirmat. Dat. Laterani per manum Johannis S. Mariae in Cosmidin Diae, Cardinalis, S. R. E. Cancellarii, VI. Id. (10.) Maii. Ind. IX. (X.) Pontific. anno X.
1208. Idem ad omnes Episcopos et Praelatos, quod eis non competat ulla jurisdictio vel excommunicationum et interdictorum promulgatio in fratres Ierosolimitanos, praeter Romanum Pontificem nullum specialem Episcopum habentes. Dat. Laterani II. Id. (14.) Maii; pontif. anno XI.

Annus
1208.
circiter.

- Sifridus Augustensis Episcopus confirmat venditionem praedii villae Steinheim, cum ecclesia, jure Patronatus, instituendi pastores armentorum, concedendi fundos, recipiendi censum, per nobilem virum Witegotum Malberke coenobio in Steinheim, eidem villae proximo, factam. Testes: Egeno Comes de Vrach; Siboto de Albeke; Cuaradas de Berge; Ulricus de Fürthem Forstmeister; Wernherus Pincerna de Albeke.
1209. S. Augustensis Episcopus jus patronatus ecclesiae in Steinheim, a nobili Domino Witegowo de Albegge sibi refutatum, per manus Henrici Praepositi confert . . . et pro indemnisatione sui juris feudalis oblatum acceptat jus patronatus in Sigeharteshoven. Acta in vigilia b. Jacobi Apostoli (24. Jul.) apud Augustam, ubi tunc collectio fuit illustris Regis Ottonis, cum tenderet Romam pro Corona Imperii obtinenda.
1210. Ludovicus Dux Bavariae donat Hospitali Teutonicorum militiae S. Mariae Iherosolimitanae in partibus Ultramarinis ecclesiae S. Egidii Ratisponae, vineam quandam in Orte, mansum in villa apud civitatem Ratisponam, ecclesiam S. Georgii et ecclesiam in novo foro Chambe et ecclesiam Aichach. Praesentes: Gebhardus Lantgravius de Liukenberge, Wernherus de Laber, Albertus der Liutzman, cum Cunrado fratre, Henricus Marschaleus de Calutin, Bertholdus de Schiltperch, Liutoldus uz der Owe, Pincerna Ducis, Eberhardus de Wütilinesbach etc. Actum Ind. XIII. (Charta auscultata per Ulr. Abbat. S. Emmer. et Gebh. S. Jacobi Ratisp.).
1211. Marquardi, Plebani in Mimenhusen, testimonium, se vocatum esse per Ottonem quondam ecclesiae S. Mauritii Praepositum, inductum vero per Wernherum Celerarium. Acta coram Sifrido Augustensi Episcopo, Ind. XIV. XV. Kal. Aprilis (13. Mart.) Praesentes inter alios: Bertholdus Vicedominus Tridentinus, Wirtho Archidiaconus; Ulricus Abbas S. Ulrici.
1212. Otto Imperator IV. Hospitali S. Mariae Theutonicorum in Nuremberc confert ecclesiam S. Jacobi ibidem, praediumque in Karlshovin, resignatum ab Othnando de Eskenowe, ab Imperio illud in feodo habente. Dat. Nuremberc VI. Id. (10.) Maii, Ind. XV. (Sine anno, quem tamen demonstrat Ind. XV.).
1215. Fridericus Rex Romanorum et Siciliae, Domui militiae fratrum Theutonicorum in Nurenberch confert capellam castrum ibidem, post mortem Chunradi Capellani possidendam. Testes: Chunradus Met. et Spir. Episc. Imp. Aulae Cancellarius, Hermannus Marcgravius de Baden, Gerardus Comes de Diets, Eberhardus de Ebersteine, Albertus Rindsmule, Ph. de Bonlandia, Marquardus de Wagowe. Datum Hagenowie, Anno M.CC. XV. tertias Kal. Febr. (30. Jan.) Indictionis quartae (Ergo 1216. ad stilum Florentinum usque ad 25. Mart. adhuc annum 1215. computantur).
1216. Idem fratrum Hospitalis Sanctae Virginis Mariae, quod Domus Theutonicorum in Acaron nuncupatur, Hospitale apud Ellingin, ex possessionibus scl. mem. Walterii de Ellingin et Runegundis uxoris constructum, sub Imperii tutela recipit et ab omni jure advocatiae liberat. Testes: H. Elwacensis

- Annus. Abbas; Otto Dux Meraniae; D. Marchio de Voheburgh; L. Comes de Wirtenberg; A. de Stunslingen; Waltherus de Langinburo; A. de Iustingen, Imp. Aulae Marscalcus; W. Pincerna de Scipha etc. Datum apud Nuringere VI. Id. (10.) Sept. Ind. IV. (Renovatum anno MCCXXIV. Cathanae mense Febr. Ind. XII. anno Imp. IV. Regni Sic. XXVI.)
1216. Eberhardus Abbas in Ebera ad refectionem fratrum designat XX. marcas argenti, ab illustri femina Lakarde de Krongelstein pro anniversario suo dicatas, et per semet ipsum V. marcas argenti ex praedio in Spiezeshim adauctas. Testes: Gundeloch Decanus; Wolfram Pomeranus; Wirnt in Ripa; etc. Actum Ind. IV.
1217. Heinricus Augustensis ecclesiae Decanus et S. Maurilii Praepositus, ecclesiam in Mimenhusen cum jure Patronatus ad Praeposituram ecclesiae S. Maurilii pertinentem, Canonicis ibidem donat ad communes usus. Testes: Waltherus major Praepositus; Rappoto Scolasticus; Albertus Praepositus de Buscham; Ulricus Vicedominus; Witogovus Advocatus. Acta II. Non. (4.) Jan. in majori Choro.
1217. Sifridus Episcopus donationem istam confirmat. Testis: Eberhardus, Magnus Villicus. Dat. Augustae VII. Idus (7.) Januarii, anno pontificatus X.
1217. Idem proventus ecclesiae in Mimenhusen, post decessum vel resignationem Heinrici Praepositi, ad usus Canonicorum designat. Act. XI. Kal. Aprilis (22. Maii).
1218. Coram Ekkeberto Babinbergensi Episcopo Herdegenus de Wisintawe, ecclesiae Ministerialis, monasterio S. Michaelis donat praedium suum in Ratvolcheshoven, mansum in Hezelsdorf, curtem in Sigehardesawe (Sigritzau) et agrum inter Wisintawe. Acta Ind. S. (VI.)
1219. Albertus de Niffen ex sententia arbitratorum jus patronatus praetensum super ecclesia in Mimenhusen ecclesiae S. Maurilii renuntiat. Heinricus de Mandechingen Archidiaconus, Albertus Custos et Bertoldus major Plebanus Arbitri. Testes: Ulricus de Nauwe Vicedominus. Acta in vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi (30. Apr.); venerabili Episcopo Sifrido praesidente ecclesiae August. sed tunc existente in peregrinatione Ierosolimitana.
1219. Fridericus II. Romanorum Rex et Siciliae, monasterium Castellense sub Abbate Gebhardo in suam specialem defensionem recipit. Chunradus Metensis et Spirensis Episcopus — recognovit. Acta anno Regni VII. Datum apud Erbipolim IX. Kal. Jun. (24. Maii) Ind. VII. (M. B. XXIV. 326.)
1219. Boppo Praepositus, Gundelochus Decanus totumque Babenbergensis ecclesiae Capitulum confirmat venditionem villae Langen, ab ecclesia S. Jacobi Babenbergae Hermanno, Magistro Hospitalis S. Mariae Tentonicorum CCCCL. marcis factam. Testes: Otto illustris Dux Meraniae; Erchenbertus Dapifer de Botenstein, Heinricus de Nideche. Acta pontificatus Domini Episcopi Babenbergensis anno XVI.

- Annus. 1221. Honorii Papae III. Bulla ad Abbatem Cisterciensem et universos ejusdem Co-Abbatem, ut personas ad eos e seculo fugientes recipere valeant liberos a mortuario, quod Capellani a Parochianis suis decedentibus exposcere consueverunt. Datum Laterani VI. (8.) Februarii, Pontificatus anno VI. (ejusdem tenoris sub dato III. Non. Decembris).
1221. Idem ad Abbatem Cisterciensem omnesque Co-Abbatem ejus, ut neminem de novalibus, a tempore Concilii generalis excultis, decimas sinant sibi extorquere. Datum Laterani IV. Idus (10.) Februarii Pontif. anno VI. (Ejusdem tenoris sub dato Anagninae V. Id. Marcii et Laterani IV. Non. Dec.)
1221. Idem, ad Maguntinensem Archiepiscopum contra invasores Eberacensis monasterii (verbotenus ad normam Reg. II. 25.) Datum Laterani X. Kal. Marcii (20. Febr.) Pontificatus anno VI.
1221. Idem, ne Sedis Apostolicae Legati sine speciali mandato excommunicationis, suspensionis vel Interdicti sententias in monasteria eorum promalgent. Datum Anagninae V. Idus (11.) Marcii. (Ejusd. tenoris Laterani III. Non. Dec.)
1221. Idem, ne Apostolicae Sedis Legati procuraciones pecuniarias a Cisterciensibus exigant, sed sine carniū esu cibis regularibus sint contenti. Datum Laterani IV. Non. (2.) Decembris.
1221. Idem, ut de terris alienis, a tempore Concilii generalis acquisitis, decimas ecclesiae ut antea solutae fuerint, Cisterciensibus item persolvant. Datum Laterani III. Non. (3.) Dec.
1222. Honorius Papa III. ecclesiam S. Mauricii Augustae sub speciali protectione suscipit eidemque ecclesiam de Miminhusen confirmat. Datum Alatri VII. Id. (10. Maii). Pontif. anno VI.
1224. Coram Conrado Episcopo Ratisponensi frater Henricus dictus de Wildenowe, ex Domo Theotonicorum, XVI. libris denariorum Ratisponensium reluit vineam quandam in Oprehtesdorf, quam Ulricus de Oprehtesdorf in articulo mortis legaverat ecclesiae parochiali in Heimesacker, quae tamen XII. libras denariorum, creditoribus Henrici debitas et inibi fundatas, praestare nequierat. Testes: Rubertus Decanus, Chunradus de Toufkirchen, Henricus de Ponte Judaeorum. Actum Ind. XII. datum III. mensis Octobris.
1225. Honorius Papa III. concambium inter S. Crucis ecclesiam Augustae et Capitulum ibidem, super bonis in Hamle et ecclesia de Bobingen approbat. Dat. Reate II. Id. (14.) Jul. Pontificatus anno IX.
1225. Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Helmboldus Gir, filius Marquardi Magni de Antiquo Lapide (Altenstein), acceptis ab Hugone de Merzebach XXX. solidis, Abbati Banzensi remittit quatuor illos calceos hyemales, qui ad feudum Helmboldi quotannis fuissent exhibendi. Actum Ind. XIII. Pontificatus Hermanni I.
1225. Abbas et conventus S. Michaelis in Babenberc impignorat Wilhelmo de Chunstat praedium in Gernrode (Gertenrod, praef. Weissmain) pro marcis XVIII. Testes: Marchwardus Decanus, Crafo Scolasticus.

- Annus. 1227. Henricus Romanorum Rex VII. ad preces Sifridi Abbatis in Alusen resignat ad manus Hermannii Episcopi Herbipolensis Advocatiam curiae cujusdam in Frickenhausen, ut eadem remittatur ad Abbatem. Testes: Henricus Eisteltensis Ep. C. Fuldensis Abbas; Ludewicus Dux Barariae; Hermannus Marchio de Baden; Cunradus Burggravius de Nurenberc; Hartmannus Comes de Dilingen; Fridericus de Truhendingen; Albertus Dapifer de Wirceburg. Datum apud Mühlhausen, Ind. XV. III. Id. (11.) Augusti.
1227. Hermannus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem Capellae in Buochheim, per Dominum Ludewicum de Stolberch et Dominum Henricum de Nortienberch, filium fratris Ludewici, Hospitali S. Johannis Bapt. in Rotinbure factam. Testes: Albertus Dapifer, Alhum Pincerna, Gotefridus Camerarius, Ludewicus de Uffenheim, Fridericus frater suus de Burleswac; Fridericus de Kezelberc, Cunradus de Nortienberc, filii Ludewici de Stolberc. Act. Ind. XV. Pontificatus anno III.
1227. Henricus VII. Romanorum Rex concedit Abbati Faucensi R . . . sedationes rixarum, cum vel sine sanguinis effusione, emendationem servorum, et exactionem reddituum. Testes: Ludewicus Dux Barariae; C. Buregravius de Nurenberc; H. Comes de Dilingen; Fridericus de Truhendingen; E. Dapifer de Walpure; C. Pincerna de Winterstetten. Datum apud Augustam VI. Id. (10.) Octobris, Ind. I.
1228. Gregorii Papae IX. privilegium, fratribus Ordinis Cisterciensium indultum, ne ultra duas dietas a suis monasteriis per literas Apostolicas trahi possint in causam. Datum Laterani IV. Idus (10.) Januarii, Pontificatus anno I.
1228. Fridericus de Truhendingen praedium quoddam in Gerlgingen, a Vasallo suo Meinwardo de nobili viro de Spilberc emtum, secundum intentionem ejusdem resignat fratribus in Keisheim ipseque renuntiat juri Advocatiae. Testes: Cunradus Comes de Oettingen, Ulricus de Gundelvingen, Hermannus et Ramungus de Spileberc. Acta praesidente Gregorio IX. Friderico Imp. gubernacula Regni tenente.
1231. Siboto, Augustensis Episcopus, confirmat donationem curiae in Gegenrieth per Cunradum de Erringen sub reservata Advocatia beato Udalrico et b. Aerae factam. Testes: Henricus Mar scalcus Arnoldus Camerarius. Acta Ind. III. (IV.)
1232. Boppo de Lazen Hermanno Banzensi Abbati promittit, in casu mortis suae Banzensi ecclesiae mansum in Affaltere et decimas in Affaltere, Bratendorf et Seukendorff, sibi ab Abbate Dietmaro p. m. impignoratos. Testes: Engelhardus in Schalka, Hartmannus in Affaltere Plebani. Actum Ind. V.
1235. Henricus Romanorum Rex confirmat venditionem duorum praediorum in Kapsesdorf et Urach, a socru Craftonis de Lare fratribus Domus Teutonicorum in Nurnberg factam. Testes: Leopoldus Scultetus in Rotenburg; Cunradus Buttigliarius in Nurenberc. Actum apud Nurenberc Id (15.) Februarii. Ind. VI.

- Annus.
1233. Coram Hermanno Episcopo Herbipolensi Henricus de Hasevurte resignat mansum unum in Lükenveld, ecclesiae Bancensi injuste extortum, et insuper dictam ecclesiam indemnem praestat per duos alios mansos in Luezendorf (Leutzendorf, pr. Ebern), qui Waldsassen Lehen dicuntur. Actum Ind. VI. Pontificatus anno IX.
1234. Henricus Romanorum Rex Hospitali S. Mariae Domus Teutonicorum in Nuringberg confert molendinum ibidem inter salices et campum (Weidenmühl), ortum iuxta situm, molendinum apud Vischbach, et molendinum dictum Liubmannsmule, a Cunrado Burggravio sibi resignata. Testes: Sypheridus Maguntinus Archiepiscopus, Eggebertus Babenbergensis, Henricus Eistettensis Episcopi, Henricus Marchio de Burgowe, Egeno Comes Vriburg, Hartmannus Comes de Guiburg, Rudolfus Comes de Raprechtswiler, Henricus de Niffen, Henricus de Ravensburg, Imp. Aulæ Camerarius, Henricus Marschalcus de Babbenheim. Dat. apud Nurenberg, III. Kal. Sept. (30. Aug.) Ind. VII.
1234. Idem renovat literas Philippi Regis, datas Ulmae anno MCC, III. Kal. Dec. quibus monasterio S. Crucis in Augusta pro mutuo ducentarum Marcarum argenti assignatur annua pensio XX. librarum ex redditibus villicationum Otringen et Durenkheim. Acta III. Kal. Sept. (30. Aug.) Ind. VII. apud Nuerinbere.
1234. Rizza Comitissa, uxor Alberti Comitis de Bogen, ratam tenet donationem curiae dictae Sand, apud Danubium, in sua provincia sitam, a marito, nunc in civitate Acharon constituto, Domui Teutonicorum Ratisponae factam. Testes: Dietmarus Abbas de Inferiori Altaich; Ulricus, Rudigerus, Notarii Comitis; Henricus Pincerna Comitissae. Act. apud coenobium S. Michaelis, quod dicitur Metem, Ind. VII.
1274.
circiter. E. Praepositus in Koburc et E. Plebanus in Vech Hermanni Herbipolensis Episcopi auxilium implorant pro Abbate in Banze contra H. de Schowenbere, Abbatem in possessione Affaltere turbantem et injuriantem.
1235. Cunradus Burggravius in Nurenberg ministeriali suo, Rudegero de Diethhoven, concedit facultatem conferendi bona sua hereditaria Fratribus Domus Teutonicae in Norinberg. Acta Ind. VIII.
1235. S. Mauritiï ecclesia praedium quoddam in Husen, a Wortvino de Husen, avo Hildegundis matronae, sibi donatum, jure censuali reddit dictae Hildegundae et marito Cunrado. Mediatores: Hermannus Praepositus et Fridericus Decanus S. Mauritiï in Augusta; Volcmarus Praepositus ecclesiae majoris et Dominus Musekunc, Advocatus Augustensis.
1235. Fridericus Imp. confirmat venditionem castri Virnesperc, a Ludovico de Virnesperc pro illatorum damnorum satisfactione Cunrado Burggravio de Nurenberg factam. Testes: S. Ratisponensis Ep. Imp. Aulæ Cancellarius; Fr. H. Magister Domus Theutonicorum; Hermannus Marchio de Baden; Fridericus Comes de Zolre. Data apud Hagenowe, mense Septembri, Ind. IX.

- Annus. Cunradus, Rex Ierosolimitanus, gloriosi Imperatoris Natus, corroborat donationem arearum
 1236. duarum in Nurenberg, a latere domus lapideae Monachorum, curtis apud Monetam, V. m. cellorum
 duorum panis scamnorum, cubiculi, quo ferrum venditur, ab Heinrico et Hermanno, filiis quondam
 Ambergarii, Hospitali S. Mariae Teutonicorum factam. Testes: Conradus Scultetus quondam, dictus
 Bigenot, Ministerialis de Huedorf; Hermannus quondam Scultetus, dictus Anguilla; Eberhardus
 Scultetus. Actum in Nuerinberc, mense Decembri, Ind. X.
1236. Coram Chuarado de Churenburc, Batigulario Norimbergensi, Hermannus, dictus Anguilla,
 Domui Teutonicorum donat macellos, curtes, aliasque Norimbergae infra stradam publicam et ecclesiam
 S. Mauriti sita. Testes: Berchtoldus et Cunradus Scateloc. Actum, Nureaberc, mense Decembri
 Ind. X.
1236. Cunradus Rex donationem istam roborat. Actum apud Nurenberc, mense Decembri, Ind. X.
1237. Albertus Comes de Bogen fratribus Hospitalis S. Mariae in Iherusalem de Domo Teutonica
 ultra mare, mortis causa donat omne patrimonium suum in villa dicta Rinchem, liberatum ab omni
 exactione Advocatiae et sturac. Actum die primo (1.) Februarii.
1237. Idem dictis fratribus pro bonis, dictis Sande, iuxta Castrum Bogen prope Danubium, durante
 praesentia sua in partibus transmarinis collatis, ob frequentia hospitia autem paene inutilibus, ad
 instantiam Vuelacher Commendatoris donat curiam in Rinchem. Testes: Alramus de Halse, Gebe-
 hardus Marescalcus de Menna. Datum in Altach mense Aprili.
1237. Solemnis curiae hujus traditio, in monasterio Superiori Altach, coram Ludemia matre, Richeza
 uxore, et Abbate Ulrico (sicut ipse Comes et frater suus Bertholdus illam possederunt). Datum apud
 Ratisponam mense Aprili, Ind. X. Friderici Imperii anno XVIII.
1238. Richeza de Sunnenberc praedium in Uzzingen (Uetzing, praef. Lichtenfels) post mortem suam
 delegat Heinrico, Abbati in Lancheim, pro annuo conventus servitio. Actum, Ind. IX. (XI.)
1238. Albertus Comes de Bogen accepta fert mutuo data a Fratre Cunrado Ubelacker, Hospitalis
 S. Mariae de Domo Theutonica in Iherusalem, XXXV. talenta denariorum Ratisponensis monetae
 ante proximam Pentecostem solvenda.
1239. Conradus, Romanorum Rex electus et Regni Hierosolymitani heres, Conventum et Priorissam
 in loco Griez apud Augustam, sub regula b. Augustini, in suam protectionem suscipit. Dat. apud
 Horburc, mense Maii, Ind. XII.
1239. Eggehardus, miles de Bobphingen, praedium suum in Michelvelt cum Advocatia donat ecclesiae
 S. Crucis in Augusta. Testes: Dominus Cunradus Plebanus in Walthusen; Dom. Rudolfus Vice-
 plebanus in Röttingen.

- Annus. 1239. Ebelius, Canonicus in Onolsbach et Minister Capellae in Buechheim, proventus dictae capellae ad vitae suae tempus vendit Fr. Rudolpho, Provisori Domus S. Johannis Hospitalis in Rotenbure. Testes: A. nobilis de Entse; L. Scultetus de Rotenbue; Arn. Scultetus in Windesheim. Act. Ind. XII.
1240. Ulricus, Ministerialis Imperii, dictus de Kanigesteine, donat Sororibus cognominatis Reuharine, in Nurenberc, tres curias in villa Engescalkesdorf, quam sorores decreverunt nuncupari Engellhal. Testes: Lupoldus de Grindeloh, Otnandus de Eschenowa, Rupertus de Nitstaine, Albertus de Rugersdorf, Ministeriales Imperii, Marquardus Butigilarius de Nurenberg, Bertholdus Scultetus. Actum V. Kal. (27. Jul.) festo Pantaleonis Martyris (Medici) Ind. XIII.
vid. Martini l. c. §. VI.
1240. Idem dictis Sororibus donat tres curias in villa Engescalkesdorf cum jure Advocatiae. Acta pro foribus ecclesiae b. Egidii, eodem.
1240. Siboto Augustensis Episcopus componit litem inter Augustenses Canonicos et Fridericum, Ministrum loci Nordelingen, exortam super ejus jure in area quadam cum tribus cellariis in Nordelingen, et domo supraedificata, juxta domum lapideam Ministri. Data Ind. XIII.
1241. Siboto Augustensis Episcopus possessionem quandam in Tebeshoven, ab Eberhardo de Ruhen Bertholdo militi dicto Alpershoven, ab eo Conventui S. Crucis venditam, liberat a nexu feudali. Testes: Heinricus Marscalcus de Donersperc, Heinricus Advocatus de Wolfesperc. Actum Augustae in Domo Episcopi publica XVII. Kal. Julii (14. Jun.) Ind. XIV.
1241. Ulricus, Augustensis ecclesiae Archidiaconus, in praesentia Episcopi Sibotonis, donat Priorissae et congregationi in villa Meinharteshowen, prope Gunzeburch, praedium suum paternum, fundum nempe et patronatum ecclesiae S. Altonis in Licha, sitae ad partem squilonarem Castris Regii Swabeke, in provincia Suevia, cum duabus curiis, una iuxta ecclesiam, supra aggerem fluvii Wertha altera, dicta zu dem Stadel. Testes: Heinricus Liber de Liechtenberch; Sifridus Dapifer de Donnersberch. Acta omnia Sanctorum; Ind. XIV.
1241. Gebwinus, Abbas monasterii SS. Udalrici et Aerae in Augusta, Ludewico de Egelingen, civi Augustensi, jure censuali, „Cinslehen“, confert curiam quandam in Hiltolvingen, a Conrado de Knoringen monasterio donatam. Acta IV. Kal. (1.) Dec. Ind. XIV.
1241. Wulvingus Abbas S. Emmerami Ratisponae, Heinrico Schephel filiiisque ad vitae tempus confert curiam in Aufhaussin, vulgo dictam Curiam Regiam. Dat. Ind. XIV.
1241. Capitulum ecclesiae majoris in Babeuberc Heinrico de Hohenloch, Praeceptoris Domus S. Mariae Theutonicorum in Alemania, jure proprietatis confert curiam Santriute (Sandreut, pr. Nürab), quam Hermannus dictus Anguilla civis Nurenbergensis hucusque possedebat in feudo, in cujus recompensationem ille recepit curiam quandam in Dahsteten. Acta apud Nurenberc, tempore Bertholdi Commendatoris, in claustro S. Egidii XX. Jan. Ind. XV.

- Annus.
1242. Conradus, Romanorum in Regem Electus et Heres Regni Jerusalem, amovet Praepositum ecclesiae in Ellingen (Ellingen, Fürstl. Wredische Herrschaft), tamquam pravum et iniquum sacerdotem ab administratione dictae ecclesiae redditque fratribus possessiones suas, monasterio in Bergkersgademe sine jure cessas; cum consilio Episcopi Wormatiensis et Heinrici Thuringiae Landgravii quos Pater Fridericus Imp. filio et Imperio Procuratores deputavit per Germaniam, itemque Consiliarios suorum: G. de Hohenloch, C. de Cruthun, C. Pincerna de Wintersteten et C. de Smidenvelt. Datum Rotenburc, primo Madii, Ind. XV. (anne potius 1237?)
1242. Fridericus, majoris Babenbergensis ecclesiae Decanus, denegat IV. Fratribus sedium (Ritterbrüdero) de Reifenberg, participare solidis illis XIII. quos Otto b. m. Episcopus ex bonis in Bischofesgrane delegavit XII. Fratribus sedium S. Henrici (Stuhlbrüdero) pro anniversario suo. Testes: Boppo Babenbergensis Electus; Karulus S. Stephani, Ebo S. Mariae in Tyrstadt Decanus; Rudegerus de Hirzberg, qui bona praedicta possidet in feodo.
1242. Fridericus de Truhendingen Richardo, Abbati Caesariensi, CCXLV. libris vendit praedium suum in villa Rumelingen (Reimlingen, pr. Nördlingen) et in evictionis casu per aliud praedium suum in Enckingen securitatem praestat. Testes: Sifridus Abbas in Ahusen. Acta apud coenobium Ahusen trans flumen Wernice.
1243. Fr. Bertholdus de Thannenrode, Praeceptor Domus Theutonicae in Alemannia, interventu Ministri Imperialis in Wizenburch, ecclesiae in Ellingen vindicat XIV. agros, a Conrado quondam Praeposito injuste alienatos. Sigillator; Burchardus, Abbas in Witzeburch; Berwicus Minister in Wizenburch. Actum 13. Kal. Maii (18. ~~Julii~~) Ind. I.
1243. Idem a Nidungo dicto Stadeler, cive Wizenburgensi, bona quaedam injuste possessa recipit. Eodem.
1243. Idem a Domina Mathilde dicta Minnersin de Wizenburc pratum in Velewe. Eodem.
1243. Canonorum S. Mauritii in Augusta statutum, ut cuicumque in Cunradi Plebaniae officio successuro V. librae solvantur quotannis, a Sibotone Episcopo roboratur. Actum in die Margarethae (12. Jul.) Ind. I.
1243. Alberti Praepositi, Friderici Decani totiusque Capituli majoris ecclesiae Babenbergensis statutum, ut quocumque confratram uno decedente proventus praebendae administrentur ad unius anni circulum. Acta Ind. I.
1244. Lis inter Augustense Capitulum et Adalheidin, filiam Diepoldi Militis de Aitingen, uxorem dicti Schönlin de Turhein, super quodam manso in Aitingen, mediantibus Alberto Gussone, Procuratore Capituli, et Swigero milite de Turhain composita. Testis: Gebewinus Abbas S. Udalrici Augustae; Swigerus miles de Turhein; Ulricus miles de Turhain. Act. in claustro S. Udalrici.

- Annus. Siboto Augustensis Episcopus curiam in villa Overhusen, ab Heinrico Camerario de Wellenburg jure feudali possessam, appropriat, et liberatam tradit Conventui S. Crucis in Augusta, pro qua Heinricus aliam curiam in Gullinrutin in feudum accipit. Actum apud Augustam in die S. Gregorii Papae (12. Mart.).
1245. Ejusdem facultas data Dominabus in Harena (Criess) Augustensi, possidendi bona rustica. Testes: Hermannus Summus Villicus, Canonicus Augustensis; Eberhardus Summus Villicus, Miles et Ministerialis. Dat. Ydibus (15) Junii, feria III. Ind. III.
1245. Innocentii Papae IV. renovatum privilegium pro fratribus Hospitalis S. Mariae Theutoniorum in Ierosolim, semel in anno colligendi eleemosynas in omnibus ecclesiis. Dat. Lugduni III. Non. (5.) Julii, Pontificatus anno III. Auscultatum XV. Kal. Junii 1290 per Jacobum S. Egidii Abbatem in Nurnberg.
1245. H. Herbipolensis Episcopus confirmat donationem proprietatis in villa Crumme (praef Hasfarth), trium mansorum scilicet et molendini, a nobili viro Ludwico de Ruwenecke, monasterio S. Theodori factam. Actum Wirceburg, mense Octobri Ind. V. (IV.) Pontificatus anno XXI. (XX.) (Omnia rectius congruunt anno 1246.).
1245. Heinricus Plebanus in Balleshusen curiam quandam, a Domino Heinrico milite de Hittolfingen Capitulo S. Mauriti cessam, jure personali ad sui ipsius, Heinrici Scolaris et Cunradi fratris vitae tempus recipit.
1245. Frater Albertus de Bastheim, Commendator Domus Teutonice per Allemaniam in Wirceburg, Fratribus Hospitalis Sancti Joannis ibidem vendit aream quandam Eberhardi quondam Hadezangen, in Sande sitam.
1246. Innocentius Papa IV. ecclesiam S. Mariae in Harena, extra muros Augustenses, sub sua protectione suscipit, bonaque, ecclesiam scilicet S. Justinae in Werneshoven, praedia in Bachingen, Usen et Kisoigen. Datum Lugduni per manum Marini, S. R. E. Vicecancellarii, VI. Idus (8.) Februarii, Ind. IV. Pontificatus anno III.
- 1246 circiter. Adelbertus miles de Nuezperc, abrenuntians seculo et transferens se ad religionem Domus Teutonice, cum consensu Uxoris Alheidis et E. filii, per manum fratris sui C. tamquam Salmanni, dictae domui donat praedium suum in Friendorf. Testes: Ulricus Abbas de Superiore Altha. Sine die et anno.
1246. Coram E. Praeposito, H. Decano totoque Capitulo Ratisponensi Dominus Albertus de Nuzperch per manum fratris sui Cunradi donat bona sua in Vriendorf Domui S. Mariae Teutonicorum et Fratribus S. Egidii Ratisponae, quae bona impignorata a debitis libera suscipit Eberhardus filius, assignans interea proventus bonorum suorum in Traubelingen. Praesentes: Magister Ulricus de Hachelstat, Meinh. Plebanus in Prisingen. Acta Ratisponae in domo Eberhardi majoris Praepositi. XV. Kal. Martii (15. Febr.).

- Annus.
1246. Herdegenus dictus de Grindelach fratribus Domus Theutonice S. Mariæ Norinbergæ donat jurisdictionem suam super bonis quibusdam in Rizmanshof. Acta Nurenberc dominica Reminiscere. (4 Mart.).
1246. Ita, uxor Cunradi junioris de Mazzensiez, Relicta quondam Diepoldi junioris de Aitingen, filia Henrici de Sibenaiche, curiam suam in Aitingen, titulo donationis propter nuptias sibi competentem, vendit ecclesie majori in Augusta, per manum Bertholdi de Vlussen, mediante viro suo Cunrado filiaque Irmengarde, et consilio Avunculorum Bertholdi et Alberti de Vlussen. Testes: Ludovicus Praepositus; Sifridus Decanus; Albertus Scolasticus; Cuno Plebanus; Weraherus Custos; Marquardus Magister frugum; Acta Ind. IV. XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) in choro occidentali matricis ecclesie, coram Altari B. V. M.
1246. Dominus Eberhardus dictus Summus Villicus, Sibotonis, Augustensis Episcopi miles, collegio sororum in Harena Augustensi XLVI. libris August. vendit praedium quoddam in Inningen, quod Episcopo ad expeditionem Regiam, nuncupatam Hervarti sese paranti, sistere debebat unum Samarium; cui oneri ferendo substituitur a venditore praedium suum Tullenshusen. Acta mense Martio.
1246. Cunradus junior de Mazensiez, Albertus et Bertholdus de Vlussen, Mangoldus de Siebenaiche cavent ecclesie Augustensi coram judicio sese sistendi ibique respondendi quocumque tempore, quando in commodum ecclesie suscitarent vel res ejusdem usurparent; Praesente: Cunrado Seniore de Mazzensiez. Acta Ind. IV. XVII. Kal. Maii, (1.) April in Novo castro Mazzensiez.
1246. Innocentius Papa IV. ad Abbatem in Nernesheim et Praepositum de Herbretingen, August. Dioeces. ut bona ecclesie de Wetenbusin illicite alienata revocari curent. Datum Lugduni XIII. Kal. Augusti (20. Julii) Pontificatus anno IV.
1246. Henricus et Henricus, Advocati in Vida, ecclesie parochiali in Gefell donant omnia bona sive partem eorum, in Fentzka, Muchenreut, decimamque in Hirsperg. Actum in die S. Praxedis Virginis (21. Jul.) in Hirsperg.
1246. Siboto Augustensis Episcopus, Capitulo suo confert proprietatem molendini in Aitingen occidentali, cum agris, pratis, dictis Owe, et Diepoldi areis, quae ab Heinricho, fratrueli suo de Sevelt sibi sunt vendita. Testes: Heinrichus Camerarius de Wellenburo; Eberhardus Summus Villicus; Ulrichus Camerarius de Pfrundorf, Canonici August. Acta Ind. IV. in nativitate Mariae (8. Sept.).
1246. Innocentii Papae IV. facultas, Conventibus Ordinis Cisterciensis indulta, ubicumque locorum veteres decimas perceperint, ut ibi quoque Novalibus gaudeant. Dat. Lugduni VII. Kal. Octobris (25. Sept.) Pontificatus anno IV.

- Annus. 1246. Idem irritas et inanes declarat omnes excommunicationis sententias, ab inuisoribus Ordinis contra fratres, familiares et benefactores vel illos, qui molendinis, furnisve eorum utuntur, vel emendo vendendove communicant, praesumptuose latas. Eodem.
1246. Idem ut eosdem fratres nemo ad synodos vel forenses conventus evocet, nisi pro fide duxerit vel ad forum poenitentiale. Eodem.
1246. Idem, ne ullus ipsos excommunicare vel ad forenses conventus trahere praesumat. Eodem.
1246. Idem, ut a sui ordinis tantum Abbatibus vel monachis idoneis, visitari possint. Eodem.
1246. Ejusdem generalis confirmatio omnium ordinis privilegiorum et libertatum. Eodem.
1247. Innocentius Papa IV. W. Michelveldensi Abbati mitrae decus concedit. Datum Lugduni IV. Idus (2.) Octobris. (M. B. XXV. 112.)
1247. Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis et sedis Apostolicae Legatus, Canonicis S. Mauritii in Augusta parochiam ecclesiae, ex collatione Episcopi adeptam, confirmat. Dat. Leodii XIV. Kal. Januarii (19. Dec.).
1248. Universitatis Civium Ratisponensium autoritate Liutwinus Civis, dictus in Gradu in Occidente, litem super domo in Prunleta per quandam pecuniae summam componit. Act. pridie Non. (4.) Februarii Ind. VII. (VI.)
1248. Innocentii Papae IV. Bulla pro monasterio in Langheim, quod nequeat per literas Apostolicas conveniri, quibus Cisterciensium privilegia non sint expresse servata. Datum Lugduni VIII. Kal. Julii (24. Jun.) Pontificatus anno VI.
1249. Bonaventura Abacino Venetiis in Rivo Alto, acceptas fert a Magistro Rainaldo Papiensi, nomine Domini Heinrici Episcopi Babenbergensis, trecentas marchas argenti, infusi ad pondus de Villaco, retribuendas infra mensem a receptione Montanino et Andreae, mercatoribus Senensibus, Bonifacii mercatoris ibidem sociis; datum die Veneris X. exeuntis (22.) Januarii, Ind. VIII.
1249. Henricus Episcopus Babenbergensis, Albertus Praepositus, Fridericus Decanus totumque Capitulum ad omnes, qui feuda tenent in Mistelvelt, ut sopitis jam dissidiis cum monasterio Langheimensi, amicabiliter se gerant cum Abbate et Conventu vel secundum iustitiam concordent. Datum apud Babenberc, Ind. VII. V. die intrantis (5.) Maii.
1249. Henricus Babenbergensis Episcopus adpropriat vineta in monte Tachperch et infra sita, ab Helmbrico de Chrummes de Ekkeberto Episcopo in feudum accepta, a Sorore Alheide autem pro ecclesia S. Theodori sub hac lege comparata, ut exinde celebretur anniversarius Gerdrudis Palatinae Comitissae. Testes: Albertus Praepositus; Liupoldus Custos. Acta apud Babenberch, mense Octobris Ind. VIII. Pontificatus anno V.

- Annus. Gebhardus Comes de Hizbero fratribus S. Mariae Domus Theutonicorum pro sui, uxoris
1250. suae et parentum remedio, donat curiam Comitis apud Husen, curiam in Obermorisbach, molendi-
num in Thutingen et bona sua in Kezelberch. Testes: Albertus Pincerna de Thegeningen; Fride-
ricus Dapifer de Sulzbach. Actum mense Januario.
1250. Coram Dieterico, Commendatore Domus in Aichach, Henricus cognominatus Iler, cum patre
suo Cunrado in manus Cunradi de Liebesperc arbitri convenit hunc in modum, quod filius pro
hereditate accipiat duo talenta, et curiam in Buch, pro usufructu ad vitae tempus, ex quo ista
cedat Domui B. V. Facta Kal. (1.) Junii.
1250. Innocentii Papae IV. licentia pro Capitulo Augustensi, clausis januis divina officia celebrandi
tempore Interdicti. Datum Lugduni X. Kal. Augusti (25. Jul.) Pontificatus anno VIII.
1250. Idem, pro eodem, ut turbido isto rerum statu non teneatur, per literas Pontificias de persona-
libus vel Praebendis providere. Dat. Ibid. VII. Kal. Aug. (26. Jul.).
1250. Idem pro eodem, ut nullos teneatur recipere per literas Apostolicas Canonicos, nisi paratos ad
residentiam secundum consuetudinem. Ibid. V. Kal. Augusti (28. Jul.).
1250. Idem ad Decanum Frisingensis ecclesiae, ut Capitulum Frisingense manuteneat in concessione
ista, ratione personalis residentiae. Eodem.
1250. Edelwinus, Abbas in Balsprunnen, possessionem in Scheim et in Herholdesheim, quondam mo-
nasterii Eboracensis, L. marcis argenti vendit fratribus Domus Hospitalis S. Johannis in Rotinburo.
1250. Autoritate Henrici de Bappenheim, Dei gratia Sacri Imperii Marschalci, miles suus Cunradus
de Ellingin fratribus domus Theutonicorum vendit praedium apud villam Retenbach.
1250. Similiter Conradus, miles Marschalci, iisdem fratribus post mortem suam delegat duo prata
illis vicina, in loco Wiersbach.
1250. Rupertus, Abbas in Ahusen, omnia bona sua Frickenhausen et Segeniz pro CC. libris Hallensium
circiter. oppignorat O. Cantori, C. Custodi dicto de Luterbero, Al Archidiacono dicto de Lobdeburg, L.
Praeposito de Feuchtwangen, majoris Herbigolensis ecclesiae Canonicis.
1251. Innocentius Papa IV. ad Decanum Ratisponensem. pro manutenendo Episcopum Babenbergensem
contra invasores bonorum. Datum Lugduni VI. Kal. Aprilis (27. Mart.). Pontificatus anno VIII.
1251. Idem ad Abbatem de Micelvet (Michelfeld), quod possit absolvere aliquos monasterii sui mona-
chos de facta sibi manuum injectione, proprii alieni detentione, et obedientiae denegatione. Datum
ibidem II. Kal. Aprilis (31. Mart.). (M B XXV. 115. sed perperam ibi sub anno 1249.).
1251. Cunradus Rex Domum Theutonicorum in Ellingen sub speciali sua protectione suscipit. Apud
Nuirimberc, mense Augusti, Ind. IX.

- Annus.
1251. Hartmannus, Augustensis ecclesiae Electus et confirmatus, sororibus ordinis S. Augustini, in prato civitatis primitus existentibus, ad construendum oratorium in honorem S. Catharinae mansionem assignat magis congruam; areas nempe in parochia S. Mauritii sitas et ab Oswaldo milite et Bertholdo Dispensatore in feudo possessas. Testes; Rupertus de Sumerawe Archidiaconus; Ulricus de Rooringen Ob-laicus; Hermannus de Schauffen Archidiaconus; Hermannus Summus Villicus, Canonici August. Actum Non. (5.) Augusti; Ind. IX.
1251. Hermannus et Henricus fratres, Comites de Henneberg, fratribus Hospitalis S. Mariae Domus Teutonicorum in Munrichstat conferunt curiam suam ibidem, et IV. jugera vinearum in monte Hocbere. Testis; Henricus Plebanus de Munrichstat, frater Domus ejusdem. Actum Kal. (1.) Novembris.
1251. Innocentii Papae IV. indulgentiae, ecclesiam S. Mauritii in Augusta in festo S. Mauritii visitantibus impertitae. Dat. Perusii X. Kal. Januarii (25. Dec.) Pontificatus anno IX.
1251. Wortwinus, Custos ecclesiae Aschaffenburgensis, ecclesiae in Seligenstat donat curiam in Hursten (Hörstein, pr. Alzenau). Testis: R. Decanus; Godefridus Cantor; Hermannus Cellarius.
1251. Fratres Hospitalis S. Johannis in Rotinburc emunt de Conrado de Bretheim, Advocato quondam Domini de Keckelbere, curiam in Bretheim.
1251. Hartmanni, Augustensis ecclesiae Electi et confirmati consensu, Bertholdus, filius Domini Bertholdi militis de Bobingen, cum voluntate patris sui ac Domini Henrici Gulae et Domini Hiltbrandi de Isenbrechtshoven, Tutorum, Conventui S. Catharinae in Augusta LXII. libris et VIII. solidis Aug. vendit omnia bona sua in Husen, offertque Episcopo pro redintegratione feudi curiam suam in Bobingen, dictam Borsteshof. Testes: Otto de Baldern; Sifridus Dapifer; Henricus Camerarius de Wellenburc. Actum Ind. X.
1252. Idem Episcopus electus et confirmatus, Priorissam et Conventum de Litun, Ordinis S. Sixti, in suam protectionem suscipit. Dat. Augustae XV. Kal. Julii (17. Jun.) Ind. X.
1252. Fratres Domus Theutonicorum S. Egidii Ratisponae Haertwico Villico de Inferiori Chnentinggen filiisque ad dies vitae conferunt duos agros, quorum unus fuerat Ducis Bavariae, et XVI. talenta eidem erogant, ut vineam ibidem excolat. Testis: Ahardus Praepositus Domini Ducis in Orte.
1253. Marquardus majoris ecclesiae Herbipolensis et Burchardus S. Johannis in Houge Praepositi, privilegium Friderici Imp. fratribus Theutonicorum anno MCCXXIV. indultum, auscultant et recognoscunt. Datum Herbipoli V. Kal. Martii (25. Febr.).
1253. Hildebrandus et Marquardus fratres de Arnsperch renuntiant juri suo in Advocatia super possessionibus vel hominibus Domus Theutonicorum in Ellingen. Acta II. Kal. Martii (28. Febr.) in civitate Eistettensi.

- Annus. Gebehardi Comitis de Hirtzperch Literae desuper datae. Eodem. Similiter Heinrici Eistetten-
1253. sis Episcopi. Eodem.
1253. Heinricus de Hohenloch cum uxore Herradi Sancto Johanni Baptistae et Fratribus Hospitalariis in Rode donat mansum in Rode, vicinum curiae Domus Hospitaliorum. Testes: Albertus nobilis vir de Hohenloch; Fridericus Rector in Steinach; Fr. Otto Commendator Domus Herbipoli; Fr. Eberhardus Commendator in Rode; Heinricus et Fridericus fratres *milites* in Hohenloch; Erkengerus de Sawensheim. Acta VII. Id. (9.) Maii Ind XI.
1253. Hartmanni Augustensis ecclesiae Electi et confirmati consensu Volmarus de Kemenata sororibus S. Catharinae in Augusta vendit quartam partem mansum in Woeringen, titulo feudi a se possessam, Episcopoque in redintegrationem feudi offert curiam apud Berenbure, dictam im Tal. Testis: Sifridus Dapifer de Donersperc. Dat. Augustae XII. Kal. Junii (26. Maii) Ind. XI.
1253. Godefridus de Hohenloch cum uxore Richza fratribus Domus S. Mariae in Mergentheim, Ordinis Teutonicorum, tradit curias suas in Erlach, Oberhofen et Sundershofen (praef. Röttingen) pro recompensatione sexcentarum librarum Hallensium, pro Engelhardo de Osternach, consanguineo suo, impensarum. Datum et actum apud Waldenberg mense Junio.
1253. Coram H. Praeposito, U. Decano totoque Capitulo Ratisponensi Heinricus miles dictus Zanner, concivis, per factam renuntiationem jus praetensum suum Patronatus Capellae in Prunleit resignat fratribus S. Egidii Domus Teutonicae transmarinae. Testis: Perhtoldus de Oberndorf Archidiaconus. Act. V. Idus (11.) Julii, Ind. X. (XI.)
1253. Innocentius Papa IV. Gotfrido Archidiacono, Petro Praeposito in Spalt, Ulrico de Hichelstat et Leoni Canonico Ratisponensi committit, ut cognoscant in lite versante inter fratres S. Mariae Theutonicorum Ratisponae et Heinricum dictum Czanner militem, super jure patronatus ecclesiae de Puinelet, ne super hoc aliter providere cogatur. Dat. Assissii XIII. Kal. Sept. (19. Aug.) Pontificatus anno XI.
1253. Heinricus de Bappenheim componit Conradum dictum Belhe et Conradum fratrualem ex una, et fratres Domus Theutonicorum in Ellingen ex altera parte, disceptantes super praedio in rure Meissenbach. Testes: Dominus Conradus de Ellingen, dictus Cozelin. Act. IV. Id. (10.) Decembris.
1253. Heinricus Abbas de Winneberge (Windberg) fratribus Domus Theutonicorum S. Egidii Ratisponae tradit Leutgardim cum suis filiis.
1254. Hermannus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem agrorum quorundam apud Rotenburg, ab Heinrico Magistro Coquinae et uxore Guta ad exemplum nobilis viri G. de Hohenloch fratribus Hospitalis S. Johannis Ierosolimitani in Rotenbure factam. Actum Herbipoli Id. (15.) Februarii, Ind. XII. Pontificatus anno XXIX.

- Aunus. Fratri Heinrici, Episcopi Domus S. Mariae Theutonicorum, indulgentiae in dedicatione
 1254. ecclesiae in Rycharderode, consensu Iringi Herbipolensis Episcopi, promulgatae, VI. Kal. Maii
 (26. April.).
1254. Alberti Ratisponensis Episcopi consensus, permutandi duas areas monasterii in Pruel, Ratisponae
 in Colle Frugum, juxta domum Fratrum Minorum, cum domo Rudigerii Chastenarii, Civis Ratis-
 ponensis, inter carnifices. Actum Ratisponae VIII. Kal. Augusti (25. Jul.).
1254. Ludovicus et Henricus Comites Palatini Rheni, Duces Bavariae, donant dilecto suo Marchalco,
 Bertholdo dicto de Schiltperch, possessiones suas cum jure patronatus in Machanshofen, ea sub
 reservatione, ut in dicto praedio, si forte velit alienare, nulla fiat munitio, quae Duces posset
 gravare. Praesentes: Purchardus nobilis de Wigern; Albertus Leuzmannus nobilis; Ludovicus
 Pincerna de Owe; Sifridus de Vrowenberg; Grimoldus de Prisingen; Swigerus Praepositus de
 Oetingen; Eberhardus Notarius. Acta III. Kal. Septembris (30. Aug.) in horreo apud Geltolvingen,
 Ind. XII.
1254. Coram Sifrido, Ministro in Wizenburc, dicto Minner, Henricus dictus Croewel bona, sita in
 Gundrichsbach, Hospitali S. Mariae in Ellingen, longo tempore violenter detenta, eidem resignavit
 addita, indemnitate instar, area sita in eodem rure, propriis suis denariis comparata. Acta III.
 Non. (5.) Septembris.
1254. Coram Lodowico et Henrico, Comitibus Palatinis Rheni et Ducibus Bavariae, Babenbergensis
 Episcopus et Fridericus de Truhendingen, atque Fridericus Burggravius in Nuremberg, compromittunt
 in arbitrium Ludewici Pincernae de Rotenhagen, Ulrici Stoerons, Fasanus et C. Stusonis de
 Hochstetten et Eberhardi de Giech, super damnis invicem illatis a tempore, quo concordia inter
 eos ceterosque nobiles per Episcopum Herbipolensem conciliata, ulterius non fuit servata. Actum
 apud Landeshut VII. Kal. Octobris (25. Sept.) Ind. XII.
1254. Lutoldus de Schiltperc pro remedio animae suae donat Domui Teutonicorum in Aichach curiam
 suam in Gunderathusen, in Sulzbach, et in Berchtersdorf. Testes: Marschalcus senior de Schiltperc.
 Kal. X. Kal. Novembris (23. Oct.).
1254. Iringus, Herbipolensis Episcopus, indulgentias, a diversis Episcopis ecclesiae in Richarderode
 impertitas, publicari permittit. Act. Pontific. anno I.
1255. Ludwigus Pincerna de Rotenhagen, Fasanus et Cunradus Stuso de Hochstetten, arbitri in
 discordia inter Episcopum Babenbergensem et nobiles viros Fridericum de Truhendingen et
 Fridericum Burggravium de Nuremberg, posteaquam Episcopus ipse cum omnibus suis adiutoribus
 et ministerialibus se submitit, alteri jam parti inobedientiae poenas committuntur. Actum in Campis
 inter Schehsliz et Memelstorf, XV. Kal. Februarii (18. Jan.) Ind. XIII.

- Annus. 1256. Coram civitatis Wizeburgensis civibus Magister Jacobus et Heinricus frater, dicti de *Hande?* — cives Wizeburgenses, bona et jura in villa et in rure Gundriesbach, violenter sibi assumpta, Hospitali S. Mariae in Ellingen restituunt. Testes: Dominus Otto dictus Pfaffe, Advocatus de Bappenheim, dictus Gnesgerne.
1256. Hartmanno, Augustensi Episcopo, Otto et Heinricus fratres de Bidingen vice sacramenti in manibus promittunt, porro non gravare Heinricum de Zusmarshausen, Canonicum S. Gertrudis, ultra debitum eis jus advocatitium, in fructibus praebendae et ecclesiae suae in Bidingen. Testes: Ludewicus majoris ecclesiae et S. Gertrudis in Augusta Praepositus; Sifridus Decanus; Sifridus Scolasticus; Rudolfus Vicedominus; Otto Praefectus. Acta VIII. Id. (6.) Aprilis. Ind. XIV.
1256. Rudolfus et Hermannus fratres de Huruheim appropriant fratribus Domus Teutonicorum Norimbergae molendinum Widenmuel apud civitatem Leoggersheim, a Burchardo cive Norimbergensi, dicto de Ruethmarsberge, refutatum. Datum et actum IV. Id. (12.) Maii.
1256. Richza de Hohenloh, cum consensu filii Kraftonis, feminae Merburgi concedit donare Domui Hospitali S. Johannis in Rotenbure vineam quandam in Latenbach.
1256. Frater C. Commendator Hospitalensium in Rotenbure emit XVI. libris Hallensium a Rudegero, consentiente Domino ejus Engelhardo de Bebenbure, pratum quoddam in Steinesvelt, datis ob absentiam fratris Rudegeri in Lonbardia quattuor fidejussoribus.
1256. circiter. Johannes Pragensis Episcopus Henrico Decano totique Capitulo Babenbergensi ad expositionem Conradi Concanonici respondet, Stephanum de Tarento, qui eos pro se, matre et sororibus nomine provisionis Apostolicae impeteret, esse hoc momento absentem; videant tamen ut in ejus adventu per Episcopi bona officia cum eo possint amicebilitate tractare, offerendo circiter pro uno anno XL. marcas argenti. Datum in Brezla feria VI. in diebus Paschae.
1257. Frater Ulricus, Commendator Domus Teutonicae Ratisponae, curiam quandam in Char (Chager) de honesta femina, sorore Mehtilde comparatam, Mehtildi filiisque pro annuo censu elocat. Dat. Ratisponae in Domo Teutonicorum Non. (5.) Februarii.
1257. Albertus de Trintperg cum conjuge Lutgarde fratribus Domus Teutonicorum in Munrichstadt tradit Sigeloum de Ruzilsbar (Rüzberg), jure proprietatis sibi attinentem. Datum apud Trimberg III. Id. (11.) Aprilis.
1258. Hermannus, Augustensis Episcopus, conventui S. Crucis, ordinis S. Augustini, confirmat omnes decimas, tam majores quam minores, animalium, ortorum, olerum, arborum et agrorum, in ipsa civitate et extra, salvis tamen juribus monasterii S. Stephani. Dat. III. Non. (5.) Martii Ind. I.

- Annus. 1258. Coram Bertholdo Comite de Marsteten, dicto de Nifen, nobilis vir Cunradus de Rota, dictus Wakernitz, Wolfhardo de Rota, Canonico Augustensi et nobili viro Gozzoldo, fratribus, patris suis, vendit et tradit feuda sua et vasallagio, jus patronatus ecclesiae in Rota Superiori, Advocatiam, loca castrorum seu molendinorum, generaliter omnia bona sua infra terminum parochiae constituta, homines quoque ex paterna successione ad eum devolutos, infra vel extra parochiam, excepto Rudolpho Negellino, possessiones denique suas Cuzstetin. Testes: nobiles viri Albertus et Bertoldus, filii Comitis de Marstetia. Acta apud Nifenhorn XII. Kal. Aprilis (21. Mart.) Pontificatus Alexandri IV. anno IV.
1258. Heinricus de Wellenburch, Episcopalis Augustensis ecclesiae Camerarius, et Heinricus filius, sororibus ad S. Catharinam XC. libris denariorum August. vendunt curiam, sitam in villa dicta Inningen, prope civitatem Augustam, vulgariter dictam Illeshorneshove, cum quadam Awa. Testes: Dominus Heinricus de Stouphe, Canonico majoris ecclesiae; Dominus Otto Burchgravius in Augusta. Acta in civitate Augusta ante domum Weraheri dicti Cancellarii, in Octava S. Martini (13. Nov.).
1259. Alexander Papa IV. diem dedicationis anniversarium ecclesiae S. Stephani in Babenberg, ab omnibus dioecesis civitatibus celebrandum indicit. Datum Anagninae Idus (11.) Januarii, Pontif. anno V.
1259. S. Catharinae Sorores in Augusta cum Sifrido Praeposito, Hermanno Decano totoque Capitulo S. Mauriti ibidem, quod in parochia Capituli sibi mansionem et aedificia construxerint per arbitrium Fr. Heinrici de Mure, Prioris fratrum Praedicatorum, Fr. Heinrici Gardiani fratrum Minorum et Fratris Heinrici Prioris Caesariensis conciliantur eo modo, ut sorores aream non amplificent, et annuatim VI. solidos Capitulo et unam libram denariorum Plebano praebent. Dat. proxima Ebdomata post Octavam Epiphaniae (14. Jan.).
1259. Hartmannus Augustensis Episcopus pro resarciendo damno, ecclesiae Episcopali per donationem curiae in Sewenningen, dictae Giengaershof, et Advocatiae Ristingen illato, ad Custodiae Officium tradit curiam in Bobingen, prius per Hermannum de Aetenhofen, et deinde per Ulricum ecclesiae August. Thesaurarium et Custodem possessam, et per hunc Heinrico dicto Schongowaer titulo feudi collatam. Act. III. Non. (5.) Julii, Ind. II. primum in Capitulo et deinde in Choro occidentali. (Litera anterior, qua Sifridus Decanus et Capitulum Augustense venditionem ejusdem curiae per Giselam, viduam Schongauerii sororibus factam, ratam habent. Sine anno et die).
1259. Albertus de Hohinloch fratribus Hospitalis Domus S. Johannis Ierosolimitani appropriat possessiones quasdam in Scheim, de vidua Wolframi, dicti Nasus, sibi coemptas. Dat. apud Rotenburo, mense Julio, die b. Hiliani (8. Jul.).
1259. J. Herbipolensis Episcopi facultas, data Commendatori et Fratribus Sacerdotibus Domus Hospitalis S. Johannis in Rode, administrandi sacramenta incolis villae dictae Phinowe, sitae in terminis parochiae in Steina. Dat. XII. Kal. Augusti (21. Jul.) Ind. II. Pontif. anno VI.

- Annus
1259. Ulricus Abbas S. Emerami Ratisponae Sorori Jutae domum, qua cum reliquis pauperibus habitat, concedit pro libris tribus et dimidia, et Ottoni cuidam aream quandam ad vitae tempus. Act. VI. Kal. Octobris (26 Sept.).
1259. Alexander Papa IV. Praepositum, Decanum et Custodem ecclesiae Eistettensis Judices delegat in causa Fratrum Hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ratisponae, contra Episcopum et Decanum ecclesiae Frisingensis, nobilem virum Gebhardum de Tolinze, Ottonem de Curia, militem, et quosdam Clericos et Laicos Frisingensis, Ratisponensis et Eistettensis Civitatis et Dioecesis. Dat. Anagninae V. Kal. Decembris (27. Nov.), Pontificatus anno V.
1259. Gerungus Abbas in Ahusen donat Domino Wirtoni de Mera praedium in Truhtelingen, dictum Megenwartesgut, a Domino de Hurnehaim prius ad monasterium traditum.
1260. Juta Abbatissa de Fonte Virginum, Cisterciensis Ordinis, Dioecesis Herbipolensis, Arnoldus Custos et Heinrichus frater suus, dicti de Sonnenberg, Episcopo Babenbergensi Bertholdo, qui possessiones et praedia in Eberhartsdorf et in Froenlach (Ebersdorf et Fronlach, terrae Saxo-Hildburg), ab Heinricho de Sonnenberch ecclesiae Babenbergensi donata, in usumfructum Jutae Abbatissae de Meidbrunne delegaverit, promittunt, aliud monasterium Sanctimonialium ejusdem Ordinis, ex eodem dicto coenobio sumendarum, aedificare in Sunnentel, illudque vocare Superius Eberhartsdorf; Praesens: Dominus Arnoldus Custos, frater uterinus et consanguineus Domini Heinrichi. Acta die VII. intrantis Januarii.
1260. Heinrichus de Husen uxorque Adelheidis Hospitali S. Johannis in Rotenburc delegat praedia sua in Richelensachsen. Sigillator: Fr. Heinrichus de Bochisperc, Summus Praeceptor de Alemannia. Act. XI. Kal. Aprilis (22. Mart.).
1260. Coram Henrico Praeposito et Capitulo Ratisponensi Chunegundis, Relicta quondam Ecckonis de Flemburch, fratribus Domus Theutonicae XL. libris vendit curiam quandam in Pusenchoven, eamque tradit per manum legatoris, qui vulgariter Salman vocatur, filii nempe sui, Hermanni dicti de Flemburch. Testes: Bertholdus Praepositus Monasteriensis; Berngerus Commendator; Karolus de Lerchenvelt; Chunradus Muschopf, Villicus apud cimiterium Judaeorum. Dat. Ratisponae IX. Kal. Aprilis (24. Mart.).
1260. Chunradus de Hohenvels cum filio suo Chunrado fratribus Domus Theutonicae Ratisponensis, videlicet Dominis Ulrico de Pesingen, Ottoni de Vicht, Friderico de Rakendorf, Ulrico de Telwanch et Ulrico de Chrandorf, vendit praedium suum Hagenbuch. Act. VI. Idus (3.) Aprilis.
1260. Coram Fratre Alberto, Episcopo Ratisponensi, ministerialis suus Chunradus de Hohenvels iisdem fratribus domus Theutonicae vendit curiam, molendinum et hubam, sibi a fratre suo, Hadmaro de Ahusen, relictam, traditque per manus Salmanni, Domini Meinhardi Comitis de Rotenneke. Testes: Chunradus Marscalcus de Sunchinge; Hairtwicus Praepositus de Schonberch. Dat. in domo Episcopi pridie Kal. Aug. (31. Jul.) Pontif. anno I.

- Annus. 1260. Coram Conrado de Haldenbere quidam de Chufringen fratribus Teutonicis de Aichach tradit jus suum in Wile et Chufringen. Testes: Ulricus Decanus in Wile; Fr. Heinrichus Commendator de Ful. Acta Dominica proxima ante assumptionem B. V. M. (8. Aug.) in villa Chufringen.
1260. Irmengardis, Abbatissa S. Stephani in Augusta, Heinricho de Schiringen ejusque heredibus pro censu annuo et jure emphitiotico confert duas medietates unius mansi in Schiringen. Acta XVII. Kal. Novembris (17. Oct.).
1260. Dominus Siboto Curialis Cervus pro reluenda annua pensione VI. solidorum, ex horto suo ab ecclesia S. Mauriti sibi concesso, Domino Wernhero Curiali Cervo, Canonico S. Mauriti solvenda, offert domum quandam in civitate Augusta, juxta ecclesiam S. Mauriti, simulque aliam domum pro futura anniversarii sui solemnitate. Testes: S. Praepositus, H. Decanus ecclesiae S. Mauriti, Bertholdus Venediensis, Canonicus; Lenpoldus Advocatus, dictus Curialis Cervus.
1260. circiter. Heinrichi Comitis de Henneberg licentia, data Carolo, filio Caroli de Munrichstadt, assumendi habitum fratrum Teutonicorum ibidem, et inferendi Domui vineas in Lullebach et in Ischenhausen (Eussenhausen, praef. Melrichstadt.).
1261. Heinrichus de Wellenburch, Episcopalis ecclesiae Augustensis Camerarius, renuntiat juri suo super curia in villa Inningen, a se, cum consensu filii Heiarici, Priorissae Sororum S. Catharinae in Augusta XCIV. libris et dimidia vendita. Dat. X. Kal. Aprilis (25. Mart.).
1261. Hartmannus, Episcopus Augustensis, inspectis literis Alexandri Papae, datis Laterani VII. Kal. Febr. pontificatus anno VII. quibus potestas fiebat, ecclesiam S. Crucis juxta, muros Augustenses, Ordinis S. Augustini, per guerrarum discrimina et incuriam monachorum valde deformatam, uniri si bonum videret Hospitali S. Mariae Theotonicorum, auditis virorum sapientium sententiis statuit, melius esse monasterio, remanere in obedientia matricis ecclesiae, quam ad exemptionis tradi libertatem. Act. coram Capitulo Augustae Non. (5. Aug.) Ind. IV.
1261. Egelolfus Praepositus Conventus S. Mariae in Wetenhusen, assensu Hartmanni Episcopi Augustensis, ecclesiae S. Mauriti in Augusta VI. libris et X. solidis deu. Aug. vendit proprietatem fundi, et usus perpetuos curiae in Tudbach. Testes: Ludwicus Summus Praepositus, Sifridus Decanus.
1261. Marquardus Strezzen, per manum Domini sui Al. de Hohenloch, vendit praedium suum in Wolmarsbach, antea Dominabus in Frawental pertinens. (Dominus Conradus de Hohenloch dictus Ernest in chartula, filo adjuncta, suae jurisdictioni renuntiat.) Testes: Heinrichus Nobilis de Brunecke; Conradus Scultetus de Holzhusen; Fr. Ulricus Commendator de Rode; Conradus Commendator de Rotenburch.

- Annus.
1262. Iringus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem ecclesiae in Superiori Cenne, fratribus Domus Theutonicae per Cunradum seniore, Burggravium in Nurenberg, de consensu Friderici et Cunradi filiorum ejusdem, factam. Dat. IV. Idus (12.) Maii, Ind. V. Pontificatus anno IX.
1262. Ludewicus Comes de Oettingen confert Liugardae, filiae Bertholdi militis de Hoppingen, quondam fidelis sui, duas curtes in villa Trennelen, pro C. libris Hallensium, in quibus dictae filiae tenebatur. Testes: Cunradus de Sibenbrunnen, Dapifer Comitis, Rabeno Pincerna ejusdem, Cunradus Notarius suus de Heriden. Datum apud Wallerstein, mense Maio. Ind. V.
1262. Heinricus, Commendator Domus Theutonicorum Hospitalis S. Mariae Norimbergae, Liukardi, bona patrimonialia sua in Oberndorf Domui offerenti, in feudum censuale retribuit. Testes: Heinricus Commendator, Plebanus in Erlbach, Heinricus Scultetus de Erlbach. Actum Erlbach in ortulo Sculteti, Kal. (1.) Junii.
1262. Liugardis filia Bertholdi de Hoppingen in casum mortis ex praefatis bonis suis in Trennelen legat XC. libras Agneti, sorori suae, uxori Ottonis de Tanhusen, LX. libras Adelhaidi uxori Comitis Ludovici de Oettingen, — Ulrico Lectori fratrum Praedicatorum Herbipolensium. Datum in Wallerstein XXIV. die Junii Ind. V.
1262. Heinrici Episcopi Wermelandiensis de Livonia indulgentiae pro ecclesia Hospitalis fratrum Teutonicorum Norimbergae. Dat. apud Nurenberg in die S. Agapiti (18. Aug.).
1262. Ludovicus Praepositus, S. Decanus totumque Capitulum ecclesiae Augustensis confirmat venditionem curiae cujusdam in Litun, Priorissae et conventui S. Margarethae in Augusta, per Heinricum Laicum dictum de Winzenburch factam. Dat. Augustae V. Kal. Oct. (27. Sept.) in die SS. Cosmae et Damiani.
1262. Dietricus et Heinricus fratres carnales, cognomento Nautae de Trumetsheim, fratribus de Domo Theutonicorum in Ellingen tradunt bona quaedam in Trumetsheim, dicta Roschweigen, et agrum XII. jugerorum, dictum Michelloch. Acta XVI. Kal. Novembris (17. Oct.).
1263. Albertus Episcopus et Apostolicae Sedis Legatus litem inter Hartmannum Episcopum et Capitulum Augustense ex una et Ludovicum Comitem de Oettingen ex altera parte natam, puncto debiti et damnorum, sic definit, ut Comes bona in Neresheim, ab Hartmanno Comite in Dilingen, Episcopi patruo, sibi impignorata, teneat tandiu, donec Episcopus solvat CCCCL. marcarum argenti debitum; ut idem Episcopus castrum Lapis, in terminis Ricie juxta Bophingen, restituat venditori, ceteroquin damna vicissim sibi illata remittantur utrimque. Arbitri Comitis: Rudolphus Senior de Alto Castro, Hermannus de Haheltingen, Cunradus de Rechenberg, Dapifer Comitis; e parte Episcopi: Hildebrandus de Rechberg, Ludewicus de Dilingen, Archidiaconus; Sifridus de Donersberg, Dapifer. Testes: Heinricus de Caesarea, Fridericus de Werde, Ulricus de Thyrbaupte, Conradus de Thelungen Abbates; Rabeno Pincerna de Eringen miles. Acta III. Idus (5.) Maii, in Castro Werdensi, in Claustro S. Crucis. Ind. VI.

- Annus. 1265. Capitulum majoris ecclesiae Augustensis emit ecclesiam in Durenheim, August. Dioecesis, pleno jure et nullo medio ad Betholanam (Mindelau?) ecclesiam pertinentem, ab Episcopo Betholano? pro CX. marcis argenti. Acta VI. Idus (10. Maii).
1265. H. de Schoenegge Sororibus S. Catharinae in Augusta confert curiam in Heinbrechtesriet. Act. pridie Kal. Octobris (30. Sept.).
1264. Hainricus Imperialis Aulae Marscalcus de Babpenheim coenobio S. Catharinae in Augusta vendit bona sua in Tierdorf pro CCXXXIII. libris Augustensibus, de quibus coenobio deducere liceat C. libras pro sororibus venditoris, in dicto claustro degentibus. Acta in purificatione B. V. (2. Febr.).
1264. Hainricus Abbas in Pruel, consensu Leonis Episcopi Ratisponensis, fratri Poponi de Osterna, Commendatori S. Egidii in Ratispona, confert duas areas in strata, dicta Waffler, pro annuo censu. Act. VII. Id. (9) Maii.
1264. Fridericus Praepositus totusque conventus S. Georgii in Augusta ratam habent venditionem antedictam praedii sive Advocatiae in Tierdorf. Acta VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). — Similiter Ludewicus Praepositus, Sifridus Decanus totumque Capitulum Augustense. Eodem.
1264. Coram Poppone de Osterna, Commendatore Domus Theutonicae ad S. Egidium in Ratispona, frater ejusdem Ordinis Wolframus, consensu filiorum Ottonis, Herbordonis Scolaris et Wernheri, Alberoni Villico de Rinkheim XVIII. libris monetae Ratisp. vendit curiam suam in villa Kerrin, hac lege, ut curia ista maneat sub regimine Domus Theutonicae et cum libera potestate colonos ibi instituendi et deponendi. Act. Ind. VI. (VII).
1264. Heidenricus et Eberhardus filii Wolframi Pincernae de Ruth b. m. bona sua in Vorcheim, molen-
circiter. dinum scilicet, aream et stupam balneariam XVII. libris Babenbergensis monetae vendunt Hospitali S. Martini extra muros Babenbergenses ad manus Chunradi senioris Tohelarii, tamquam Hospitalis Procuratoris.
1265. Iringus, Herbipolensis Episcopus, venditionem decimarum in Ergersheim Domui Hospitalis S. Johannis in Wirzeburch per Comites de Castel CX. marcis argenti et CXX. libris Hallensibus factam (vid. Vol. IV. 241.) confirmat. Dat. Id. (13.) Februarii.
1265. Bertholdi Sculteti et Conradi de Boppenreut in Nuremberg, literae reversales super officio in Furte, sibi ab Heinricho Praeposito Babenbergensi ad annos V. collato. Datum et actum XII. Kal. Martii (13. Febr.).
1265. Fridericus dictus Stichel, civis Ratisponensis, fratribus Domus S. Mariae Theutonicorum ad S. Egidium Ratisponae donat vineam quandam in monte juxta villam Winzer, ab Ottone milite, dicto Pragario, sibi LXIV. libris venditam. Act. VI. Kal. Martii (24. Febr.) Ind. VIII. in civitate Ratispona, in curia Domini Ottonis Pragarii.

- Annus.
1265. Coram Leone Episcopo Ratisponensi Domina Irmengardis, dicta de Sigenstein, vidua Domini Karoli de Eglofsheim, cum filiabus Kunegundi, uxore Eberhardi de Nuzberch et Ofmiae, Fr. Poponi de Osterna Commendatori Ratisponae XVIII. libris monetae Ratisp. vendit vineam juxta villam Herria. Testes: Ludwicus miles apud Capellam dictus Praepositus, Rodegerus apud Capellam, Praepositus Inferioris Monasterii. Act. VII. Kal. Maji (25. Apr.) Ind. VIII.
1265. Hartmannus Augustensis Episcopus confirmat donationem curiae in Erringen, dictae Riengens, ab Heinrico Camerario de Wellenburch Capitulo Mauriti pro retributione gravium damnorum factam. Testes: Dom. Ludewicus Praepositus, Dominus Sifridus Decanus, Dom. Chuno Plebanus, Hainricus de Staufen, Sifridus de Algishausen, Archidiaconi. Acta Ind. VI. (VIII.)
1266. Chunradus II. Jerusalem et Siciliae Rex, Dux Sueviae, Mariam, filiam Friderici Burggravi in Nurenberch, conjugem Ludewici Comitis junioris de Otingen, si pater ipsius sine haerede masculino decesserit, investit tam de Burggaviatu, quam omnibus aliis Imperii feodis, excepto oppido Swante. Testes: Ludewicus, illustris Comes Palatinus Reni, Dux Bawariae, Ludewicus Senior, Comes de Otingen, Hainricus Comes de Castel, Dominus Ulricus de Wartperch, Hermannus de Hureheim, et H. filius ejus, Wolframus Advocatus in Dornberch, Herdegenus de Grindelach. Actum et datum in Chadolspurch Anno domini MCCLXVII. (i. e. pro stylo Pisano, nobis 1266. v. Lang Bair. Jahrb. 185.) IV. die exeunte (28.) Maio Ind. X (Ex Arch. Oeting).
1266. Consensus Ludewici Comitis Palatini, Ducis Bavariae, ad quem vacante Imperio Romano omnis feodorum collatio sive ordinatio jure dignitatis officii sui pertinet. Eodem. vid. Oetter I. c. II. 507.
1266. Hainricus Abbas et conventus in Caesarea Capitulo Augustensi donat jus integrum in ecclesiam Witteslengen, sibi ex donatione Ducis Karinthiae acquisitum, sicuti eam nunc tenet Dominus Ludovicus de Dillingen, Archidiaconus. Datum et actum Augustae VI. Idus (10.) Octobris.
1266. Prioris Provincialis Fratrum Ordinis S. Augustini per regnum Alamaniae confraternitas cum Capitulo Babenbergensi. Datum in Hervordia in Capitulo Provinciali.
1267. Dominus Wolfherus fratribus Domus Theutonicorum in Ellingen tradit jurisdictionem suam feudalem in bonis sitis in Smalwisen, de Eppelino quondam Praeposito dicto W. XVI. libris Hallensium sibi comparatis. Testes: Fr. Henricus de Mezingen, Commendator; Bertoldus Minister de Wizzeburg. Acta VI. Non. (2.) Maii.
1268. Marquardus dictus de Bopfingen, Marschalcus quondam Regis Chunradi, Dominus domus Theutonicae in Ellingen tradit bona sua in Wessingen, cum reservatione ususfructus ad dies vitae et IV. librarum ex curia Othmarsfeld; insuper sine reservatione curiam suam in Oberndorf, arcus suos ibidem cum nemore et arcus suos in Bopfingen et duas domos ibidem, sicuti ipse eas tenuit ab ecclesia Ellwangen. Sigillator: G. Comes de Hirzberch; Fr. Comes de Truhendingen; Fr. Vola, de Barnhusen, Provincialis; H. de Mezingen Commendator in Ellingen. Act. III. Non. (3.) Junii.

- Annus. 1268. Heinricus dictus Paumann Domui S. Mariae in Ellingen mortis causa legat bona sua in Hirswinstetin, per uxorem suam, filiam Sweni de Hirzperch ad se devoluta. Act. et dat. XIV. Kal. Julii (18. Jun.). Cum sigillo Gebhardi Comitis de Hirzperch.
1268. Marquardus miles de Wilenbach fratribus S. Mariae Theutonicorum in Aichbach donat praedium suum in Superiori Wilenbach. Testis: Fr. Berthramus Commendator. Sigillator: Ludovici Ducis Marschalcus Ulricus de Schiltperc. Acta Kal. (1. Julii).
1268. Heinricus Piscator, Civis Augustensis, Capitulo S. Mauritii in Augusta L. libris et II. solidis vendit curias duas in Nivesatze et in Stetbach, a Dominis Hermanno de Euchelun et Anshelmo de Waelow Capitulo Augustensi, ab hoc sibi titulo feudi censualis collatas. Testes: Sifridus Decanus Augustensis, Heinricus Pincerna Canonicus. Acta VI. Non. (2.) Octobris.
1268. Idem dicto Capitulo S. Mauritii vendit curiam unam in Nivesätze, a Dominis Sifrido et Heinrico fratribus Marscalcis de Dornsparg Episcopo August. refutatam, ex tunc autem sibi titulo feudi censualis collatam. Eodem.
1268. Ulricus Morder, Civis in Rotenburch, Hospitali S. Johannis in Rotenburch legat portionem suam bonorum, ex futura cum uxore et liberis divisione, et praeterea IV. libras cerae de arcis suis extra portam, versus Gebse. Testis: Fr. Dietericus Commendator Domus Hospitalis.
1269. Frater Berngerus, Commendator Domus Teutonicae Ratisponensis, Berthae, uxori Domini Conradi dicti Muschop, civis Ratisponensis, ad dies vitae possidenda confert arcem quandam in fine stratae Wafflergasse, domum lapideam et alia aedificia; per praefatum Cunradum constructa et Domui Theutonicae donata. Act. Kal. (1.) Martii.
1269. Advocatus et Consules civitatis Augustae pro emenda delicti contra Capitulum commissi, et Eberhardus Vicarius Chori pro remedio animae, dotant altare S. Gregorii, ex defectu reddituum desolatum, cum duobus mansis in Menchingen, de S. Curiali Ceruo XLVIII: libris denar. comparatis. Acta Non. (7.) Martii.
1269. Cunradus dictus Hozzelin ecclesiae S. Mariae in Ellingen XX. libris Hallensium vendit praetium suum, dictum Pracwise. Testes: Heinricus Notarius de Wizenburc; Bertholdus Minister ibidem. Act. die S. Benedicti (21. Mart.) sub Fratre Heinrico de Mezingen Commendatore.
1269. Ex Leonis Ratisponensis Episcopi arbitrio compater eius, nobilis vir Wernhardus Comes de Lewenberch, novem hubas in Gumaringen in feudum conferat Marquardo Judici de Tispach, aut LXX. libras denariorum Ratispon. illi persolvat. Datum in Pilsung in festo b. Georii (23. Apr.).
1269. Heinrich Marschalke von Dunresberg als Vormund seiner Schwäeger Heinrich und Hildebrand der Marschalke von Bappenheim, mit Gehellung seines Herrn Grave Gebeharts von Hirzperc, verkauft zur Wiederlösung ihres Hauses in Bieberbach, wozu sie von ihrem Stiefvater von Muntefort

Annus. die Pfennige anders nicht erlangen mögen, dem Bruder Heinrich von Mezingen, Commendur von Ellingen, um XXXVI. Pfunt Heller unter andern auch ir Gute und Hovesache zu dem Phale, den sie von dem Graven v. Wertheim zu Lehen han. Diz geschah ze Bappenheim an der sechsten Kal. des Meigen (26 Apr.).

1269. Fridericus Abbas S. Emmerami Hermanno dicto Mannestorfer ad vitae tempus confert hubam quandam in Aufhusen, dictam Chunigshove. Dat. Ratisponae in die inventionis S. Crucis (3 Maii).

1269. Ex Heinrici quondam Praepositi in Rebdorf, et Ottonis de Lacu, Scolastici Onolspacensis arbitrio, Heinricus de Mezingen, Commendator in Ellingen, Conrado Theleonario, civi Wizinburgensi, ad vitae tempus conferat quosdam agros infra locum, qui dicitur Velwe. Testes: Bertholdus Minister in Wizenburch, Heinricus Notarius. Act. XI. Kal. Junii (22. Maii) Ind. XII.

1269. Volradus, Abbas in Walrebach Bertholdo dicto Ysoldo, nobilis viri H. de Lapide Praeposito, CXXV. libris denar. Ratisp vendit bona sua in Mekkenhausen, prout a fundatoribus, Lantgraviis de Steveningen monasterio sunt tradita. Testes: Sifridus Prior; Bertholdus quondam Abbas; Fr. Albertus de Voheburch monachi. Act. apud Lapidem in vigilia Jacobi Apostoli (24. Jul.).

1269. Leo Episcopus Ratisponensis Ulrico de Veltchirchen, Judici in Abach, et Hermanno de Manstorf militibus, oppignorat fructus decimarum novalium de vineis per totam parochiam Ahbach, pro complemento CC. librarum Ratisponensium deficientium adhuc, ad emendum Castrum Valkenstein de Chunrado de Hohenvels, gravi debitorum onere obruto. Testes: Altmannus Praepositus; Alhardus Decanus; Bertholdus de Oberndorf Archidiaconus; Mag. Ulri. Thesaurarius; Ulricus de Dornperch Capellanus Episcopi; Chunradus Provisor ecclesiae in Ahbach; Heinricus de Owe Magister Civium. Dat. Ratisponae V. Kal. Septembris (28. Aug.).

1269. Hermannus Decanus S. Mauritii in Augusta, dictus Fundanus, Chunrado dicto Amatori, filio sororis suae, donat medietatem domus et arcae iuxta domum lapideam Winchlarri, sub censu annuo ad S. Mauritii ecclesiam. Testes: S. Praepositus, H. Decanus. Datum et actum in die Nicomedis Martyris (15. Sept. 1. Jun.?).

1269. Fridericus Comes de Truhendingen, ad petitionem Sophiae quondam Advocatissae in Colbenberg, tradit omnes illius possessiones in villis Ehenheim, Gullichesheim et Phalheim ad Domum S. Johannis in Rotenburch. Testes: Albertus Advocatus de Sulhoven. Act. II. Idus (12.) Decembris. Ind. XII.

1269. Fr. Henricus de Mezzingen Commendator Domus Hospitalis Theutonicorum in Ellingen pro dissolvenda discordia inter Domum, Meinwardum de Stopphenheim, Cunradum in Elligen, Albertum de Oberndorf, aliosque in villa Ellingen redditus aliquos habentes, propter viam iuxta dictum Hospitale ecclesiae suae addicens Espam id est Fronwisen, caeteris assignat pratium unum in Reispach et unum in Velwe.

- Annus. 1270. *Irmengardis, Relicta Rudolphi militis de Hohenveld, fratribus Hospitalis S. Mariae Domus Teutonicae in Wirzburg donat mansos quinque et dimidium in Egenhausen, (praef. Werneck) et duos in Gowenbach. Actum III. Kal. Februarii (30. Jan.).*
1270. *Hermannus Comes junior de Henneberg fratribus domus S. Mariae in Mannerstat donat Godfridum dictum Stupheler. Datum in Munrichstat XII. Kal. Martii (20. Febr.).*
1270. *Pax inter Hartmannum Episcopum Augustanum et Heinricum Marchionem de Burgowe ex una et Ludwicum Ducem Bavariae ex altera parte, mediante Heinrico Duce sic conclusa: 1.) Utriusque partis fautores, cooperatores et adjutores sint ad plenam reconciliationem reformati; Episcopi scilicet: Capitulum, Ministeriales, Civitas Augusta, Rudolphus Gubernator Campidonensis, Bertholdus de Hohenecke, Bertholdus de Drouhpurch, Alb. de Welchenburch, Swikerus de Mindelberch, H. Cameraarius de Wellenburch; Ludovici Ducis: Comites de Hirzperch, Truheding, Helfenstein et Sraispach, Albero de Prukperch, Bruno de Riseinspurch, Heinricus, Sifridus et Heinricus Marscalci, et Heinricus Dapifer de Donersperch, illi de Hegneberch, Wilderode, Turnekke, Hochstetten, Altheim, Weilheim, Wal, Lechspurg, Eselsburg, Chaltenburch, Ostheim; 2.) damna ecclesiis illata praedictae concordiae includantur; 3.) Episcopus non impediatur in Advocatia praediorum, a Chunrado Duce Sueviae in feodo obtenta; 4.) Cives August. non graventur ex depositione salis apud Friedberg; 5.) in vinculis detenti liberi sunt. Act. et datum apud Augustam, pridie Kal. Aprilis (31. Mart.).*
1270. *Hermannus Abbas in Altach Heinrico Duci Bavariae tradit curiam in Regen cum quibusdam curtiis, IV. beneficia in Chundorf, III. et dimidium in Greimprechtstorf, et recipit pro recompensatione praedictorum bonorum ecclesiae S. Johannis in Rinchna IV. curias in Soeliz, Metem, Schutzign et in altera parte fluminis Regen. Datum in Landawe Kal. (1.) Aprilis.*
1270. *Heinricus et Siboto fratres dicti Schongawer, cives Augustenses, Capitulo Augustensi vendunt bona sua in Graben, per Comitem Bertholdum de Marstetten dictum de Niffen sibi, et ab Episcopo Augustensi illi in feudum data et refutata. Dat. et actum Non. (7.) Maii.*
1270. *Iidem, cum Johanne, monasterio S. Catharinae in Augusta tradunt curiam quandam in Inningen et Episcopo pro redintegratione feudi offerunt domum et aream Manegoldi Fabri infra muros. Testes: Sifridus Decanus, Rudolphus Vicedominus. Dat. X. Kal. Januarii (23. Dec.) Ind. XIII.*
1270. *Bertha Kropfina de Vlugelingen fratribus Domus Theutonicorum in Ellingen, ut in piscibus et vino melius provideantur, mortis causa legat curiam et duos hortos in villa Grestorf.*
1270. *Perwinus quidam Canonicis Veteris Capellae, Parocho S. Cassiani et Hospitali citra pontem pro missis et precibus post mortem suam legat quandam summam ex cellario suo apud domum Domini Lautwini, dicti Uel.*

- Annus. 1271. Heinricus et Hildebrandus, Imperialis Aulae Marscalci de Bappenheim, confirmant venditionem praedii Kozzelinesperch, mansi apud Rithawe, areae, agelli ibidem, horti et prati apud Gerach, a Cunrado milite de Ellingen, dicto Kozzelin, fratribus domus Theutonicorum ibidem factam. Acta die Agathae (5. Febr.).
1271. Hermannus miles dictus Hoschelin, consensu Domini sui, Gotfridi Strumae de Flägelingen, iisdem fratribus vendit X. libris Hallens. quartam partem curiae suae in Gerbretesdorf. Testes: Cunradus dictus Kroph de Flugelingen, Gotfridus frater suus; Wolterus Kroph de Ehmodesheim. Acta in crastino Gregorii Papae (13. Mart.).
1271. Coram L. Episcopo Ratisponensi Agnes Priorissa S. Crucis Ratisponae Hermanno militi dicto de Manestorf CXVI. libris denar. Ratisp. vendit curiam quandam in Teingen et unam in Campo Ratispon. Actum Ratisponae in Summo XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).
1271. Hermannus Comes de Castell commutat cum fratribus monasterii Ebracensis vinetum suum in Rotelsee in loco Swaneboum cum vineto in Blozenbuhel. Acta X. Kal. Maii (22. April.).
1271. Heinricus, Siboto et Johannes, dicti Schongawarii, Cives Augustenses, pro curia quadam in Inningen, monasterio S. Catharinae in Augusta vendita, Episcopo in feudo offerunt aliam ibidem, Hudelaeres dictam. Acta pridie Kal. Maii (30. April.). Ind. XIV.
1271. Fridericus de Hohenburg, gener Rudolphi nobilis de Hurenheim senioris, Domui fratrum Theutonicorum in Eschenbach donat bona in Auwelin iuxta flumen Altmühl, ab Heinrico Milite dicto de Susenhoven sibi refutata.
1272. Albertus de Vilibach Ottoni, Abbati in Vultenbach, pro recompensatione damnorum ab ipso et patre suo coenobio irrogatorum, assignat illi curias suas in villa Vilibach; Testis: Domina de Buch, soror Alberti. Acta VI. Kal. Februarii (27. Jan.).
1272. Cunradus Cerdo, dictus Longus, in Augusta, acceptis V. libris de Bertholdo Decano S. Mauriti unam Wagam Sepi boni annuatim praestare promittit. Testis: Albertus Plebanus. Actum Augustae sabato ante Sexagesimam (27. Febr.).
1272. Wipoto dictus de Husen ad consolationem fratrum domus Theutonicorum in Ellingen, tempore jejunii ante nativitatem Domini per pisces, deputat curiam suam apud Phale. Sigillum Wipotonis inscriptum: S. Wigpotonis de Porta. Act. II. Non. (6.) Marcii.
1272. Heinricus et Hildebrandus, Imperialis Aulae Marscalci, consentiunt, quod fidelis eorum Cunradus de Ellingen fratribus Domus Teutonicorum ibidem, tradat quosdam agros. Cum sigillo nobilis Viri Rudolphi de Hurenheim, tutoris eorum. Acta die S. Benedicti Abbatis (21. Mart.).

- Annus. 1272. Ipsae literae venditionis Cunradi militis dicti de Ellingen libris Hall. XIV. Act. die Ambrosii Ep. (4. Apr.).
1272. Idem dictis fratribus vendit XI. libris Hallensium Eodem.
1272. Frater Henricus de Vrstruberg, humilis Praeceptor per Allemanniam, ab Ottone Pistore in Rodenburg emit praedia quaedam in Thetwane et Erlebach et domum in Rodenburg. Dat. mense Junio.
1272. Hildeprandi Eistetensis Episcopi consensu fratres Theutonici in Ellingen commutant cum Heinricho milite de Eloffeshaim decimas quasdam suas in Gundersperch pro agro apud Stopphenaim. Datum apud Oettingen proxima feria V. ante festum b. Jacobi Apostoli (21. Jul.).
1272. Heinricho Comiti seniori de Hennenberg sororius ipsius, Nobilis Dominus Cunradus dictus de Wiltberg, mortis causa legat dimidium Castrum in Wiltberg, quatenus ex bonis illius disponat ad pios usus. Dat. pridie Kal. Augusti (31. Jul.).
1272. Albrecht von Vilibach verzichtet zu Gunsten des Klosters Fuldenbach, der Eigenschaft, Vogtay und aller Recht an den Gutten zu Vilibach und an den Selden. Geben do man zahlt: Zehnhundert Jahr und Zwaihundert Jahr und LXXII. Jar, nach S. Bartholomäus Tag (25. Aug.).
1272. Jenta dicta de Lauf, Priorissa sanctimonialium in Urach, Ordinis S. Augustini, Herbipolensis dioecesis, vendit Fratri Ulrico, Commendatori Theutonicorum in Norinberg, omnia bona sua in Buch apud Rospawer. Testes: Fr. Ulricus Commendator dictus de Ulma; Cunradus Officialis Domus Teut. Dat. in die S. Silvestri (31. Dec.).
1272. Elizabeth dicta de Husen, uxor Domini Wipotonis de Porta, tradit pro remedio delictorum suorum ad ecclesiam S. Mariae Domus Teutonicorum in Ellingen curiam apud Ungelstat.
1272. F. Praepositus et conventus Sanctimonialium S. Crucis in Husen G. cognomento Liben et heredibus suis clocant bona sua in Winkel (praef. Kissingen) pro III. solidis den. annuatim agno paschali et duobus pullis in festo S. Martini.
1272. Marquardus Camerarius de Bofphingen tradit Domui Theutonicorum in Ellingen bona sua in Oberdorfe et XXX. jugera agri in Vzzelingen. Acta in Nordelingen IV. Kal. Februarii (29. Jan.).
1272. Fridericus de Giselsheim sub sigillo Domini sui Friderici Comitis de Truhendingen vendit fratribus Domus Theutonicorum in Eschenbach bona sua in Ruter et in Surheim cum duplici silva, pro XXXVI. libris Hallens. et aliis bonis in Phlunvelt et Auwelin. Testis: Fr. Albertus Plebanus de Eschenbach. Actum III. Kal. Februarii (30. Jan.).
1273. Hartmanni Augustensis Episcopi autoritate Ulricus Vicedominus donat Priorissae apud S. Margaretham Augustae ecclesiam S. Altonis Confessoris in Litun, duasque curias, unam apud dictum ecclesiam, alteram vulgariter nuncupatam ze dem Stadele, sitam apud Moenechingen. Act. et dat. Augustae Kal. (1.) Marcii.

- Annus. Pax Capituli Augustensis cum Ludovico Comite de Oettingen, ex qua Comes jus Advocaticum
 1273. in villa Lebezingen, ab antiquo sibi competens, debeat recipere, sed Capitulum ipsum in possessionibus suis nullatenus molestat, sub poena C. librarum. Testes: Tietericus Plebanus in Lebezingen; vir nobilis de Hagelon; Gerungus Pincerna de Lapide, Rudolphus de Kalentin. Datum et actum apud Khirehaim VI. Id. (10.) Martii.
1273. Hartmanni Augustensis Episcopi indulgentiae pro fratribus Minorum in Babenberg, in procuranda conservatione ecclesiae suae laborantibus. Datum Augustae XVIII. Kal. Maii (14. April).
1273. Bruno de Imeladorf miles, frater Heinrici et Cunradi de Laufenholz, donat monasterio sororum in Engeltal curiam in Teufenbach, cum turre et pomerio aliisque omnibus pertinentiis, excepto uno agro, in quo quondam fuit vinea et qui adhuc vinea nuncupatur. Acta XII. Kal. Maii (20. Apr.).
1273. Bertholdus dictus Ruchen de Chufingen Gertrudae Abbatissae S. Catharinae in Augusta reddit mansum dimidium apud Eriegen, a monasterio XVIII. libris comparatum, illumque sub censu annuo recipit. Testes: Dominus de Schonegge Senior, Ordinis Theotonicorum; Wernhardus Praepositus de Winkeln. Actum VIII. Id. (6.) Junii.
1273. Ulrichus Comes de Helfenstain Dominabus monasterii S. Catharinae in Augusta tradit bona in Rumoldesriet, ab Henrico dicto Fraz sibi refutata, pro quibus in recompensationem feudi oblatas recipit duas curias apud Hengeltun. Testis: Rudolfus Comes Palatinus. Acta in domo Ulmerii apud Giselingen VII. Kal. Augusti (26. Jul.).
1273. Conradi Ellwacensis Abbatis consensus pro Marquardo Camerario de Bopfinger, ob venditum domum et aream in Oberendorf, a se procedentes in feudo. Act. V. Id. (11.) Octobris in Claustro Elwangen.
1273. Coram Gebhardo Comite de Hirzperch Henricus miles de Hofstetten, Pincerna suus, fratribus Theotonicorum dicat curiam in Keuzingen, ab Henrico de Maezzingen, Provinciali Franconiae, emtam. Testes: Gebhardus, filius Gebhardi Comitis, Luitoldus Pincerna de Flugelsperch, Gebhardus Pincerna de Oede. Dat. III. Id. (11.) Decembris.
1273. Coram Henrico et Hilteprando, Imperialis Aulae Marscalcis de Bappenheim, miles eorum, Cunradus dictus Kotzlin, Domui Theotonicorum in Ellingen vendit VIII. jugera in loco ze der Widen. Datum in die S. Wunibaldi (18. Dec.).
1273. Ludewicus, Comes de Oettingen, assensu filiorum Ludewici et Cunradi, confirmat donationem duarum curiarum in Trenela, a Domina Liugarde de Hoppingen factam ecclesiae Caesariensi, ad locum sepulturae sibi electae. Testes: Cunradus Senior Dopifer de Limpurch; Gerungus Pincerna de Stein.

- Annus.
1274. Heinricus de Stolzenrode de consilio patruelium suorum, Cunradi de Stetebach et Cunradi de Liebenawe, vendit Ulricho Abbati S. Michaelis in Babenberg advocatiam curiae in Eigen (Eigenhof prope Bettstadt praef. Bamb.) et honorum adjacentium. Datum et actum Stetebach, proxima V. feria ante Palmas (22. Mart.).
1274. Elisabetha Stromayrina vendit Friderico Pistori aream quandam, cum consensu Malachiae Abbatis S. Egidii Norimbergae, cui pro anniversario fundato VI. denarii annuatim debentur. Actum in vigilia S. Jacobi Apostoli (24. Jul.).
1274. Cunradus miles dictus de Steinelbach in fratres Domus Theutonicorum in Nurenberch transfert curiam in Steinelbach, cum omnibus attinentiis et proventus ex licentia colligendi mellis in nemore dicto Awe. Testes: Cunradus Pattigliarius dictus de Kurenburch miles, Marquardus Phunzine, Scultetus in Nurenberc. Dat. II. Non. (6.) Octobris.
1274. Otakari Boëmorum Regis liberi transitus facultas pro Cella seu coenobio in Rinchna, in omnibus Mutis suis seu theloneis, videlicet in Stein, Ips, Enzarstorf, Mauthausen, Linz. — Pridie Idus (14. Octobris).
1274. Wittegonis Misnensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia domus Teutonicae Norimbergae. Datum Nurenberg VII. Kal. Decembris (25. Nov.).
1274. Rudolphi Romanorum Regis Protectorium pro monasterio Engeltal. Datum Nurnberg V. Kal. Decembris (27. Nov.) Ind. III. Regni anno II.
1274. Hartmannus Augustensis Episcopus monasterio in Wilenberc confert decimas, fratribus Cunrado et Alberto de Buch prius debitas. Dat. Augustae Id. (15.) Decembris.
1274. Heinrici Tridentini Episcopi indulgentiae pro Hospitale fratrum Teutonicorum Norimbergae, per infirmorum multitudinem gravato. Dat. Nurenberc.
1275. Ludewicus Comes junior de Oettingen fratribus Domus Theutonicae civitatis de Oettingen vendit de proprietatibus suis in villa Moetingen bona inculta ab Wagener et Stahelina, molendinum da dem Saeume, bona impignorata militi Vende, bona dicta Badelehen et aream quandam. Testis: Gerungus Pincerna de Lapide. Dat. in Offingen XIV. die Marci — Sub eodem constituuntur Fidejussores.
1275. Heinricus et Hildeprandus Imperialis Aulae Marscalci de Bappenheim confirmant venditionem quatuor arearum et quorundam agrorum in villa Ellingen, per fidelem suum Conradum de Ellingen, dictum Kotzelin, Domui Theutonicorum factam, consentiente nobili viro Domino Rudolfo de Hurnheim Tutore. Act. die inventionis S. Crucis (3. Maii).
1275. Idem dictae Domui conferunt pratium situm apud Truhmodesheim, ab Ulricho Stozzer refutatum. Eodem.

- Annus. 1275. Coram H. Ratisponensi Episcopo Henricus de Luë, Judex quondam in Parchstein, donat fratribus S. Catharinae in Ratispona curiam quandam in Holleyn, duas in Molansreut, domum et agros in Luë et XL. libras numeratae pecuniae pro stipulata sibi honesta inhabitatione et sui fratris, matris Geisel et uxoris Wantel anniversario. Dat. Ratisponae pridie Non. (4.) Junii.
1275. Fr. Ulricus Commendator in Ellingen dictus de Hausen vendit Walthero dicto Samner de Teilenhoven metretas quasdam siliginis et avenae ex feodo, Swirzburgeres nuncupato, juxta parvam ecclesiam in Ellingen. Act. XVI. Kal. Julii (16. Jun.).
1275. Cunradus junior Comes de Oetingen cum assensu uxoris Agnetis de Wirtinbere fratribus Domus Theotonicae in Eschenbach CLV. libris Hallensium vendit villam suam Biberbach, conjugi in dotem adscriptam. Testes: Ludewicus Advocatus de Herrieden, Conradus Officialis de Heuberg, Fr. Albertus Plebauus in Eschenbach, Fr. Ulricus Commendator. Datum Eschenbach in festo Gervasii et Protasii (19. Jun.).
1275. Graf Ludwig von Spizenberg mit Willen seines Sohnes Eberhards verkauft an Frau Adelheid, Wittve Heinrichs v. Riesenspiure, und ihren Sohn Rudolf, sein freyes Eigenthum zu Rumelingen, mit Meyerhof, Dorfrecht, Vogtey, Kirchensatz, Mannlehen und eigenen Leuten. Zeugen: Herr Ulrich v. Wasperc, Herr Marquard v. Vlochberg, Herr Rudolf und Cunrad v. Hurnheim, Herr Conrad v. Lierham. An S. Albans Tage (21. Jun.).
1275. Philippus Dux Harinthiae Rudolpho Notario suo et Irmengardi uxori titulo feudali confert curias suas in Pinzwanch, per obitum Vlrici de Waldau sibi vacantes. Testis: Ludwicus de Dilingen Archidiaconus August. Act. et dat. Lucernae Kal. (1.) Julii, Ind. III.
1275. Henricus Senior de Lapide resignat Ulrico Commendatori dicto de Hausen in Ellingen bona sua in Hegebere iuxta villam Erlbach Inferiorem, pro recepta curia in Wimersheim. Acta die Augustini Ep. (28. Aug.).
1275. Friedrich von Sigenhoven verleiht dem Orden des deutschen Hauses, dieweil sein Vater, Bruder Heinrich v. Sigenhoven lebt, zur bessern Pfleg alle Jahr Ein Pfunt Gelds aus dem Zolle zu Regensburg und Ein Pfund aus dem Spital. Geschehen an S. Nicolaus Abent (5. Dec.).
1276. Sifridus senior Dapifer de Donersperk cum Hartmanno filio vendit avunculo suo Sifrido de Algirshusen, Archidiacono Augustensi, curiam dictam villicalem in Aitolvingen. Testis: Hiltebrandus de Voheburch dictus Diezer. Dat. et actum Augustae XIV. Kal. Februarii (19. Jan.).
1276. Cunradus de Ellingen dictus Kozzelin fratribus Domus Teutonicorum CLXXXIX. libris Hallensium vendit omnia bona sua in villa Ellingen et agros Kezzelinesperch. Act. die purificationis B. V. (2. Febr.).

- Aunus.
1276. Heinricus et Hiltprandus, Imperialis Aulae Marscalci, fidelis sui, Cunradi militis de Ellingen factam hanc donationem confirmant; sub sigillo nobilis Viri Rudolphi de Katzenstein inscripto; S. Rudolphi de Hurnheim; Eodem.
1276. Henrici Basiliensis Episcopi indulgentiae pro Hospitale Domus Teutonicae Norimbergae. Actum apud Nurenberc feria sexta post purificationem B. V. (7 Febr.).
1276. Sifridus dictus Giffenee vendit Walthero dicto Schello praedium suum in Rudolfshoven. Acta in die S. Gertrudis (17. Mart.). Sub consensu Gotfridi de Hohenloch, dato mense Januario.
1276. Hartmannus Augustensis Episcopus Sifrido de Algishausen Archidiacono confert curiam in Bobingen, a Sibotone Schongawer venditam. Testes: Ludewicus Praepositus; Sifridus Decanus; Cuno Plebanus. Actum et datum VII. Kal. Septembris (26. Aug.).
1276. Bertholdi Babenbergensis Episcopi Capitulo data securitas, molendinum constructum extra muros civitatis Babenbergensis, molendino Civitatis damnosum, finaliter aliquando destructum non restaurandi. Datum Babenberch XIII. Kal. Octobris (19. Sept.).
1276. Heinrich der Butzener von dem Stein vermacht den Brüdern des teutschen Hauses zu Ellingen für ein junges Ross, im Werth von XXIV Pfunt, deroiat all seine fahrende Habe. Daz ist geschehen daz Ellingen in den Vriethof an Sant Michelz Abent (28. Sept.).
1277. S. senior et H. junior de Mindilberch Dominabus monasterii S. Catharinae in Augusta donant mansum quendam dimidium in Puch. Testis: Marquardus Minister Civitatis in Mindelheim. Acta II. Kal. Marcii (28. Febr.).
1277. Waltheri Episcopi Bisugensis? indulgentiae pro Hospitale S. Elizabeth Norimbergae. Datum in Nurenberch Idus (15) Marcii.
1277. Emichonis Frisingensis Episcopi indulgentiae pro parochialem ecclesiam S. Mariae in Hazwangen, Eistettensis Diocesis, visitantibus aut ad ecclesiae et pontis fabricam, contribuentibus. Datum Eystet III. Kal. Aprilis (29. Mart.).
1277. Diethericus, Heinricus et Ludigerus fratres, dicti Schwinge, vendunt fratribus Domus S. Mariae Teutonicorum in Munrichstadt XII. jugera silvae inter Volckshusen et Baldungshusen, quae Cunradus Comes de Wiltberg domui adpropriat. Datum et actum XVI. Kal. Maii (16. Apr.).
1277. Liupoldus Curialis Cervus, Civis Augustensis, Wolfhardo de Rot, Canonico Augustensi et Cunrado fratrueli ejus, refutat curiam in Vsterspach, iuxta curiam villicalem ibidem, quae vulgo vocatur Keiserhof. Testis: Bertholdus Abbas de Elchingen. Dat. Augustae XII. Kal. Maii (20. Apr.).

- Annus. | Vor den Grafen Gerhart und Gebhart von Hirtperch erkaufte Heinrich der Schenck von Hof-
1277. | stetten von dem teutschen Haus zu Ellingen die Mühle zu Wolppershoven als Leibgeding. Daz ist
geschehen an S. Urbans Tage (25. Mai) mit Graf Gerharts Siegel, „wan ich Graf Gebhart selb
chein Ingesiegel noch han“ (Reversbrief Heinrichs des Schenken. Zeuge: Herr Friedrich der
Truchsezze v. Sulzbach. Geschehn 1278.).
1277. | Chunradus Frisingensis Episcopus Friderico Burchgravo de Nurenberch confert universa
feoda, per mortem Marquardi Prinhausen vacantia. Dat. apud Waidhoven VIII. Idus (6.) Junii.
1277. | Fridericus de Gingen, Ordinis fratrum Theutonicorum, Commendator Domus Ulmacensis,
Chunrado de Hagnibach XXVI. libris denar. August. vendit curiam in Usterspach. Scriptum
Augustae V. Kal. Augusti (28. Jul.).
1277. | Henricus Praepositus Babenbergensis conciliat Almannum Praepositum Ratisponensem cum
Irmingarde, Relicta Gozwini militis Ratisponensis, de curia sua in Pheringe, ad Praepositi Officium
pertinente, multis ab annis debitos census remorante. Testis: Henricus Vicedominus dictus de
Rotenege. Acta in vigilia assumptionis V. M. (14. Aug.).
1277. | Rudolphi Romanorum Regis facultas pro monasterio Rinichna deducendi ubique per Austriam
ad quatuor vel quinque carratas vini ex propriis suis culturis vel decimis. Datum Wienae VI. Kal.
Novembris (27. Oct.) Ind. VI. anno Regni V.
1277. | Ulricus Comes de Helfenstein ad aram B. V. M. in Augusta CCCC. libris Hallensium vendit
bona sua in Oberndilingen, redditus Hennengülte, jus patronatus et Advocatae ecclesiae ibidem, de
consensu Ulrici filii et Adelhaidis nurus suae, filiae Bertholdi Comitis de Graifesbach, cui bona
ista, ad donationem propter nuptias vulgariter Morgengabe spectantia, retributa sunt per possessiones
in Trubenhoven et Zöschingen. Testes: Hartmannus August. Ep: H. Marchio de Burgawe senior;
Bertholdus Comes de Graifesbach; L. summus Praepositus, frater venditoris; Trutwinus Abbas
Caesariensis; Magister H. de Länthersheim Archidiaconus Eistettensis. Dat. et act. Augustae pridie
Kal. Januarii (31. Dec.).
1278. | Sifridus Praepositus, Bertholdus Decanus totumque Capitulum S. Mauriti in Augusta Heide-
burgae Relictae Domini Reimbotonis, civis Augustensis, liberisque jure censuali conferunt agros
mediae hubae, sitos inter agros villae Geggingen. Acta VII. Idus (7.) Aprilis.
1278. | Henricus junior de Mindelberch donat Conventui S. Crucis extra muros Augustenses pro satis-
factione quadam duas curias in Grimhartesriet, cum omnibus curiis attinentibus in Bosco et Plano.
Cum sigillo Suigeri de Mindelbergh. Dat. Mindelbergh IX. Kal. Junii (24. Maii).
1278. | Irmengardis dicta Ungelfugen de Geylahausen de monasterio in Seligenstadt comparat bona
in Geisselbach (praef. Alzenau) pro XI. marcis Coloniensibus. Datum in die Urbani Papae
(25. Maii).

- Annus. Fr. Ulricus dictus de Hausen, Commendator Domus Theutonicorum in Ellingen, de consensu
 1276. Fr. Heinrici dicti de Mezzingen, Provincialis, Gotfrido Canonico Spaltensi LVII. libris Hallensium
 vendit curiam in Etenstat, suam quondam et Domui suae donatam. Act. VI. Kal. Julii (26. Jun.).
1278. Heinricus Clericus, dictus Schroetelo, Judex curiae Augustensis, conventui S. Katherinae in
 Augusta XII. libris Augustensium vendit curiam suam in Tierdorf et areas ibidem. Testis: Fr. Ru-
 dolfus de Huernhaim Prior ord. Praed. in Augusta. Datum et actum Nonas (7.) Octobris.
1278. Hartmannus Augustensis Episcopus ecclesiam in Oberdiligen donat ad usum praebendarum
 Capituli.
1279. Bertholdus Herbigolensis Episcopus Hospitali S. Johannis Iherosolimitani in Rotenburg appri-
 priat silvam sitam super villam Steinachen, ad centum agros aestimatam et ab Hertnido Cive in
 Rotenburg venditam. Testes: Mangoldus de Niwenburg, majoris ecclesiae Praepositus; Heinricus
 de Sterenberg Novi Monasterii Praepositus; Heinricus de Wechmar Archidiaconus; Fr. Conradus
 Commendator Domus Hospitalis in Wirzeburg; Fr. Hartmannus Commendator in Rotenburg;
 Heinricus Wolfolt Camerarius; Hermannus Stange Advocatus in Geroldeshofen; Albertus Advocatus
 in Clingenberg. Act. Herbigoli VIII. Kal. Junii (25. Maii) Ind. VII. Pontif. anno V.
1279. Ulricus et Arnoldus fratres, Camerarii de Wellenburch, Priorissae S. Catharinae in Augusta
 XXV. libris Augustensium vendunt curiam suam in Berge, assentiente Hartmanno Episcopo. Dat.
 Augustae Nonas (5.) Junii.
1279. Luetolfus de Berlstet ecclesiae Langheimensi pro satisfactione damnorum, in villis Heinrichs-
 dorf et Wolframsdorf illatorum, confert villam suam Luthenbach (Ludwach, pr. Schesliz)
 restituitque mansum usurpatum in Linth, a Kunemundo de Sonneberg monasterio dicatum. Testes:
 Bertholdus Plebanus de Rothen; Hermannus Scultetus de Nova Civitate. Dat. in vigilia S. Johan-
 nis Bapt. (23. Jun.).
1279. Jutta Relicta Alberti militis de Guberstat fratribus S. Mariae Teutonicorum in Műnnerstadt
 donat proventus duorum mansorum, nuper ab illa pro XXIV. libris Hallensium conquistorum.
 Testis: Ludewicus Abbas quondam in Bilhiltishusen. Actum in vigilia Apostolorum Petri et Pauli
 (28. Jun.).
1279. Heinricus et Grimoldus fratres in Sevelt Episcopo Augustensi, ut adpropriet monasterio
 S. Catharinae curiam quandam in Bobingen, de Luipoldo cive Augustensi emtam, pro redintegratione
 feudi offerunt unam hubam in Ehingen. Testis: Heinricus de Nidelingen Decanus. Datum in die
 S. Sixti Martyris (6. Aug.).
1279. Pataviensis ecclesiae Capitulum fratribus Domus Teutonicorum XXXVII. libris Ratisponensium
 vendit praedium in Aufhousen et in Truhleibinge. Actum et datum XIV. Kal. Septembris (19. Aug.).

- Annus. Bertholdus Herbipolensis Episcopus ad fratrum Teutonicorum in Münrichstadt instantiam
1279. Eremitarum S. Augustini ibidem privilegia limitat; in die undecim millium Virginum (21. Oct.).
1279. Coram Heinrico Ratisponensi Episcopo Henricus de Sigenhoven, affinis suus, quum uxor ejusdem Agnes de Sigenhoven sese religioni monasterii in Pubenhoven, Cisterciensis Ordinis addixisset, ad meliorationem praebendae ejusdem assignat curiam suam in Erlingen, post excessum Dominae Agneis ad Domum fratrum Teutonicorum reversuram. Dat. Ratisponae VIII. Kal. Novembris (25. Oct.).
1279. Bertholdus de Bobingen, molendinator de Indingen, et Cunradus de Gemphingen frater suus, in controversia contra Reinhardam Canonicum Augustensem super molendino Augustensis Capituli, ad arbitrium Wolfhardi de Roch, Canonici Augustensis, se submittentis, omni juri in dicto molendino renuntiant. Testis: B. Abbas de Elchingen; B. de Baldern Canonicus; Magister H. Officialis. Actum et datum XI. Kal. Januarii (22. Dec.).
1279. Urkunde Agnes der Sparrerin, Priorin von S. Catharina zu Augspurg, das Herr Otto und Herr Chunrad von Werde aus des Hermans Hof zu Tierdorf III Pfunt Pfenninge Jahregilt erkauf, um das Convent zu jeder Zeit mit Heringen zu versehen. Daz geschahe zu Werde in der Stat.
1280. Gertrudis Abbatissa Dominarum S. Mariae sanctique Theodori in Babenberch confert Cunrado Pistori dicto Schellin et Cunrado Carnifici vineam dictam Ryfenberger, sitam in Ochsenphurt. Acta in octava Agnetis (28. Jan.).
1280. Ulrich der Comendwr von Ellingen mit Gunst des Lant Comendwrs Br. Heinrichs v. Mezzingen verleiht dem Cunr. Coppen und seiner Hausfrauen auf beider Lebenszeit allen Zehenden daz Nidern Mauch, an den clainen Zehenden, der dem Pfarrer zuhoret. Daz geschah an S. Mathyestage (24. Febr.).
1280. Henricus et Chunradus, fratres dicti de Freuderthoven, conventui S. Catharinae in Augusta XX. libris Augustensium vendunt bona sua in Bobingen; ad guarandiam, quae vulgo dicitur Gewerschaft, fidejussores offerentes Rudegerum de Elingen, Cunradum de Turheim, Manegoldum de Richershofen et Ulricum Mulich. Dat. Augustae in die b. Gregorii Papae (12. Mart.).
1280. Urkunde Heinrichs v. Sigenhoven, das er zu Aufbringung der Kosten von dreihundert dreißig Pfund Regensburger Pfennige um in den Orden des teutschen Hauses zu treten, statt seine vielen Güter, nemlich ein Haus zu Regensburg, ein Pfund Geldes aus dem Zoll daselbst, seine Weingärten, die Höfe zu See, Niwenkirchen, Chraten, Siegenhoven, Chrumpfach, Leiptowe, zum Schaden seiner Kinder zu verkaufen, es gerathener gefunden, diese Summe zu verzinsen, nach deren Ablösung sie seine Tochter Elsbeth so lange besitzen soll, bis sein Sohn Friedrich sie mit hundert fünfzig Pfund abgelöst. Zeugen: Gotfrid der Comendure zu Regenspurch; Bruder Hermann der Comendure ze Gainchoven. Und ist geschehn an Sanct Benedicten Abende in der Vasten (20. Mart.).

- Annus. Augustense Capitulum confert Heinrico Fabro de Mamminge jure censuali tria bona in
1280. Stadeln, ab Heinrico dicto Fraz ad aram B. V. M. donata. Dat. et actum XII. Kal. Maii (20. Apr.).
1280. Heinricus, Ludewicus et Johannes fratres dicti de Achingen Conventui Sororum prope fratres
Minores in Augusta XVIII. libris Augustensium vendunt curiam quandam in Erlingen, ex parte
monasterii ze dem Holzq prope castrum Donnersberg jure censuali obtentam. Dat. et actum
Augustae XVI. Kal. Junii (17. Maii).
1280. Krafto Nobilis de Hohinloch Ministeriali suo Cunrado Vulpi de Rotilse impertit facultatem,
legandi quaedam de substantia honorum suorum pauperibus sive Religiosis. Actum et datum IV.
Kal. Junii (20. Maii).
1280. Johannis Lettoviensis Episcopi Ordinis Theutonicorum Indulgentiae pro ecclesia B. Jacobi et
Hospitali S. Elisabethae in Nurenberch. Dat. Nurenberch Nonas (5.) Junii.
1280. Similiter Incelerii, Ordinis Heremitarum S. Augustini, Episcopi Buduensis. Ibid. in die
S. Viti (15. Jun.).
1280. Albatissa in Schonenvelt fratribus S. M. Domus Theutonicorum in Ellingen vendit praedium
et possessiunculam in Vngelstal, a dicto der Lange de Rain pro animae suae remedio legatum.
Acta in die Apostolorum Petri et Pauli (29. Jun.).
1280. Bertholdo Herbipolensi Episcopo annuente fratres Domus S. Mariae Teutonicorum in Mun-
nerstat, ad quos spectat parochia ibidem, per interventum arbitratorum dissensiones suas cum fratri-
bus S. Augustini, propter jura parochialia et ecclesiastica, componunt. Acta in octava S. Joh. Bapt.
(1. Jul.).
1280. Coram eodem Comes Heinricus de Kastel et uxor sua Adelheidis, Episcopi matertera,
renuntiant omni juri in bona Friderici Burggravii de Nurenberch, cum promisso non vendendi
castra Kastel et Halleberch sine speciali licentia Burggravii, qui generum suum et filiam ultra
filiae dotalitium sive donationem propter nuptias in quingentis libris providere et ipsis villam
Yssensheimb pro sexcentis libris Hallensium redimere suscipit. Datum et actum Wachenrode III.
Kal. Septembris (30. Aug.).
1280. Gotfridus de Haidekke donat Domui S. Mariae in Ellingen hominem propriam, Coponem
de Erlenbach. Testes: Wolframus Advocatus de Dorenberc; Fr. Gerhardus de Hirzeberc. Dat.
in Dorenberc Idus (15.) Septembris.
1280. Ludewicus Praepositus, Rudolfus Decanus totumque Capitulum maioris ecclesiae in Augusta
conferunt Marquardo filio Domini Mainhardi Schrotarii, Civis Augustensis, titulo censuali curiam
in Binzwangen, a Chunrado milite de Buech ecclesiae donatam. Datum Augustae in vigilia
omnium Sanctorum (31. Oct.).

- Annus. Fridericus Comes de Truhending resignat fratribus S. Johannis in Rotenburch jus Advocaciae
1280. super silva quadam, ab Hertnido cive in Steinloch illis vendita. Testes: Liupoldus Magister Coquinae de Nortenberch; Ulicus Advocatus dictus Sturmer. Act. feria V. ante Andreae (22. Nov.).
1280. Heinrich von Gotes Genaden des Riches Marschalch von Pappenheim giebt um seiner Sel willen den Brudern des tutschen Huses ze Ellingen die Aigenschaft an dem Gute ze Ellingen, daz Cunrat der Heittunch von ihm zu Lehen hat.
1280. Gotfridus Dominus dictus de Speckvelt, consensu filii sui Gotfredi, vendit fratribus Domus Hospitalis S. Johannis in Rotenburch omnia bona sua in Seheim, quae Fridericus miles dictus Muffelgeck pro parte obtenuit in feodo. Cum sigillo avunculorum suorum Gotfridi de Hohenlohe et Gotfridi de Speckvelt.
1280. Chunrat der Suze und Jordan von Vihofen geben den Herren von dem deutschen Haus ze Regensburc den Weingarten bei der Strazen hin gen Kerrin. Geziuch: Br. C. v. Pondorf; Br. F. von Viuchtwan; Br. H. von Sigenhoven; Br. Peter der Awer.
1280. B. Ulrich von Schauenstein, Lantkommenthuer ze Franken, empfängt von Frauen Chunogunt, Bruder Liebhartis Swester, ze rechtem Eigen für das theutsche Haus Sand Gilgen ze Regenspurch ein Hof ze Ruzenbach, der etwenne H. Friedrichs der Ochsingers was. Gezeuch: der Comenthur Bruder Gotfrit von Stauph; Bruder Heinrich der Sigenhover; Br. Peter der Awer.
1281. L. Praepositus, R. Decanus totumque majoris ecclesiae Capitulum in Augusta conferunt Ulrico, filio Villici dicti Brunnich, pro ceasu annuo praedium Erlingen, medium videlicet mansum, a Cunrado milite dicto de Buch ipsis donatum. Testis: Cunr. de Turheim. Act. VI. Kal. Februarii (27. Jan.).
1281. Coram Hartmanno Augustensi Episcopo Heinrichus dictus Hastener de Swabegge renuntiat litigijs huc usque decimis ex curia in parochia Menchingen, vulgo ze dem Stadel nuncupata, in favorem monasterii S. Margarethae in Augusta. Dat. pridie Nov. (4.) Februarii.
1281. Bertholdus Babenbergensis Episcopus appropriat conventui S. Theodori in Babenberch tres mansos in Krumme, a Chunrado de Lapide sororibus venditos. Testis: Chunradus Decanus S. Stephani. Dat. Babenberch in die B. Valentini (14. Febr.).
1281. Berchtold von Mässingen, ob Er an eieich Erben stürbe, giebt den Brudern des täutschen Hauses das Dorffgericht zu Mässingen, sein arm Leut und alles sein Aygen daselben. Taydinger: Bruder Märkhleim „mein Bruder.“ Daz ist geschehen da zu Mässingen auf dem Perfried ob den Tore, an S. Walburgy Tag (1. Mai).
1281. Fr. Heinrichus de Roetelchoven, Magister Hospitalis S. Katharinae in Pede Pontis Ratisponensis, Heinricho de Luge pro quadam summa Hospitali donata firmat pensionem annuam XII. librarum ex proventibus curiarum Ahschach et Hovelin, sic quidem ut Magister, Vicemagister, Granator, Cellerarius et Procurator Ordinis careant potu et carnibus, donec pensionem persolverint. Post obitum donatoris Magister distribuat in capite jejunii duo millia Allecium, vulgari voce Maizen, et in die anniversario unicuique sanorum et infirmorum panem pulchrum, unum potum vini Wawarici, mensurae dictae Poll, et duo fercula carniū. Act. V. Idus (11.) Maii.

- Annus. Albertus de Holzhusen, filius Cunradi de Holzhusen, dicti Sculteti, data sibi licentia Ordinem
 1281. relinquendi renuntiat omnibus bonis, pro receptione sua Domui in Richgarterode illatis, accedente consensu matris Alheidis, fratris Heinrici, Decani de Steinach, Cunradi Sculteti etc. Ernst de Hohenloch Fidejussor. Gotfridus nobilis de Hohenloch Sigillator. Testes: Conradus dictus Leingruebe, Commendator quondam in Herbipoli; Heinar. de Laugingen, Commendator in Mergentheim; Heinricus de Seldenecke, Commendator in Rotenburch; Siboto, Commendator in Richarterode. Acta in die S. Viti (15. Jun.) in domo Hospitalis fratrum in Richgarterode, et dat. in Entse.
1281. Bertholdi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi Domus Theutonicorum Norimbergae et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. Nuremberg in crastino Margarethae Virginis (13. Jul.).
1281. Mathildis filia Heinrici cognominati Huntel monasterio S. Petri in Castello in remedium animae suae donat praedium dictum Haiperch et V. libras Hallensium ad redimendam hubam de Wiretone in Lauterhof. Testes: Eberhardus Decanus in Uzenhof; Heinar. Plebanus in Phaffenhof; Hiltellarius Plebanus in Lauterhof; Sifridus Advocatus.
1282. Wolframus Nobilis Advocatus de Dornberch confirmat donationem curiae in Galiechsheim, per Hermannum militem cognomine Templar Hospitali B. Johannis in Rotenburch factam, eidemque de novo confert bona in Ukersheim, Niusezze et Reikerstal, sibi refutata. Testis: Heinricus de Prukenberch; Albertus de Vestenberch; Gotf. de Sunderna. Dat. Onolspach IV. Non. (2.) Jan.
1282. Heinrich von Bappenheim Marschalch der chuniglichen Phalenz verleiht den Brudern daz Ellingen einen Hove daz Stadela, den Herman von Elingen der jung als ein besonderliches Lehen von ihm besessen, wan er sin Leben wolde endern. Die Gabe ist geschehen auf der Brukke daz Babbenheim — an S. Blasien Tag (3. Febr.).
1282. Martinus Papa IV. ad Praepositum ecclesiae in Neuburg, ut bona monasterio Altahensi abstracta revocari curet. Datum apud Urbem Veterem XIII. Kal. Martii (17. Febr.) Pontif. anno I.
1282. Heinrich von Hattenberg verkauft dem Kloster S. Georgen die Vogtey über zwey Höfe zu Buch und einer halben Hube zu Wollamshusen. An dem dritten Tag vor Send Benedicten Tag (17. März).
1282. Reversales Ulrici de Maessenhusen, a Capitulo Augustensi in defensorem rerum et possessionum suarum in Tottenricht constituti. Actum Augustae in Gradibus, Ind. X. vicesimo septimo? die Martii, die videlicet annunciationis B. M. V. (25. Mart.).
1282. Georius et Heinricus fratres dicti de Swangowe Capitulo Augustensi vendunt decimas suas et bona in Grabun. Dat. et actum Augustae VII. Kal. Julii (25. Jun.).
1282. Hartmannus Augustensis Episcopus Capitulo suo confert proprietatem decimae in Maerdingen. Dat. Augustae VIII. Idus (8.) Julii.
1282. Cunradus de Lierheim Cunrado Burggravo de Nurenberch pro bonis in Iggelheim, venditis a patris suis Vlrico et Hermanno de Hurnheim, dictis de Ratzenstein, se praestat fidejussorem. Dat. in Lierheim in die Mariae Magdaleneae (22. Jul.).

- Annus. Ex arbitrio Wolfhardi de Rot, Sifridi de Algishusen et Rudolphi de Berolstat, Canonicorum
 1282. Augustensium, in controversiis Capituli cum Hiltprando Marscalco de Bapenheim exortis, Capitulum in jure instituendi et destituendi villicum in Altheim apud Zusmam manuteneatur, Marscalcus juri advocatiae in Aukirch et Erlinge renuntiet, molendinum in Biberbach radicatus amoveat, et super piscaria in Eggeluhoven cognitione vicinia, quae dicitur Kuntschaft, adhaereat. Dat. Augustae Kal. (1.) Augusti.
1282. Elisabetha Abbatissa de Bulenhoven ab Ulrico dicto Loter de Schawenstein acceptat pro infirmaria possessiones quasdam in Perfridsdorf. Dat. in festo omnium SS. (1. Nov.)
1282. Rudolphus Romanorum Rex jus advocaticium super curiis Conventus S. Katharinae in Augusta in villis Bobingen et Gabelunge renuit, accepta pro compensatione curia in Vohrach. Dat. Augustae IV. Kal. Jan. (29. Dec.) Ind. XI. Regni Anno X.
1283. Henricus Judmann, Ministerialis Domini Ludovici Ducis Bavariae, Trutwino Abbati de Caesarea obligat curiam suam in villa Gerlvingen, pro XX. libris Hallensium, monasterio debitis. Datum in vigilia B. Valentini (15. Febr.).
1283. Ludewicus Praepositus Augustensis rite informatus Capitulo resignat duas curias in Husen iuxta Hohenwart, a se impetitas. Dat. Augustae IV. Kal. Marcii (26. Febr.).
1283. Fr. Marquardus Commendator in Ellingen confert Cunrado dicto Relhen feudum dictum Haytungsleben, ex donatione Henrici Marschalci de Bappenheim ad Domum Teutonicorum devolutum. Dat. X. Kal. Aprilis (25. Mart.).
1283. Adelheit, Heinrichs von Risenburg Wittve und ir Sun verkauft den Brüdern des Teutschen Hauses daz Ellingen ir Aigen zu Rumelingen das sie von Herrn Graven Ludewige von Spicenberch gewunen (s. 1275.) on allain die Hube ze Herkhaim, genannt die Herkamershub, die zum Kloster Teggingen gehört. Bürgen: Rudolf von dem Hohenhus; Egghart von Bolstatt; Sifrit der Amman von Nordelingen. Geziuch: Ruprecht von Lierheim. Siegler: der Abt von Kaisheim, Ulrich v. Katzenstein, Rudolf v. Hürnheim. Gesehn in dem Kirchhove S. Georich ze Nordelingen, an S. Georgentag (25. Apr.).
1283. Ulricus de Solzpurch, Imperialis Aulae Ministerialis, cum Irmengardi uxore fratribus Domus Theutonicorum in Nurenberg donat omnia bona sua in Woffenbach et in Menige, et sua nemora in Meingerberge et in Meingerawe sub ea lege, ut Commendator, si passagium manifestum erit, virum aliquem aut fratrem mittat ultra mare in remedium animarum suarum et Gotfridi de Solzburch, patris Ulrici; bona in Mulhusen autem Domus in Nurenberg et Conventus in Seligenporten communiter possideant. Dat. in die b. Marcii (25. Apr.).
1283. Heroldus dictus de Echhusen tradit se proprium B. V. M. Domus Teutonicorum in Munnichstadt. III. Idus (13.) Maii.
1283. Cunradus et Bertholdus fratres dicti Knurlin, habitum fratrum Teutonicorum S. Mariae in Munnierstadt assumentes, donant dictae Domui curiam suam in Munnierstadt prope aquam Lure, Hermanno Comite de Hennenberg confirmante. Datum in vigilia B. Laurentii Martyris (9. Aug.).

- Annus. 1283. Marquardus Senior de Hemenathia comprobat donationem dimidiae curiae in Berge, a Sebastiano cive Augustensi monasterio S. Katharinae factam, et acceptat pro sua feudi recompensatione dimidiam curiam in Horgun. Sigillum Marquardi de Hemnat, Camerarii Ducis Sueviae. XV. Kal. Sept. (18. Aug.).
1283. Hilteprant von Bappenheim Marschalch der Rhonnielichen Phalantz bestättiget den Brüdern von Ellingen so getan Gut, als sie von Heinrich seinem Brader und allen der von Bappenheim Leuten hant gewunen. Daz ist geschehen bi Bruder Marquardes Citen von Mezzingen, Commendurn daz Ellingen, an dem Sontage ze nahest nach S. Michelstag (3. Oct.).
1283. Coram Heinrico Ratisponensi Episcopo fidelis suus Fridericus de Lichtenberg renuntiat liti, fratribus Domus Theutonicac S. Egidii in Ratispona motae, super curia in Pulenchoven, a matre Friderici vendita. Testes: Trutwianus Abbas Caesariensis; Ulricus Praepositus, Chunradus de Luppurch Decanus, Albertus Vicedominus et Archidiaconus; Ludwicus Decanus S. Johannis. Dat. Ratisponae III. Non. (5.) Novembris.
1283. Johannes der Schongower verkauft dem St. Katharina Kloster zu Augsburg seinen Hof zu Inningen samt Zehnten um sibenzech Pfund Augsburger Pfennige. Daz geschah am Sande Nicolaus Tage. (6 Dec.).
1284. Ludwicus Praepositus, Rudolfus Decanus totumque Capitulum Augustense conferunt Dominabus de Stella jure censuali curiam quamdam in Geggingen, ecclesiae Augustensi de consensu Hartmanni Episcopi per Ulricum et Arnoldum Kamerarios de Wellenburch donatam. Dat. et actum XIV. Kal. Februarii (19. Jan.).
1284. Reversales Sororum de Stella, de restituendo dictam curiam, pro XL. libris denariorum, in casu redemptionis, Camerariis de Wellenburch reservatae. Eod.
1284. Henricus Senior de Tanne, Imperialis Aulae Ministerialis, vendit Domui Ordinis fratrum Theutonicorum in Nurenberch octo bona in Hausheim et molendinum. Testis: Cunradus dictus de Ursensulen, Commendator; Ludwicus miles Officialis de Altdorf. Dat. in purificatione S. Mariae (2. Febr.).
1284. Henricus de Hattenperge Sororibus de Stella LXIV. libris Augustensium vendit curiam in Bobingen, Lugoershof dictam, et dimidiam hubam, Erringershuben dictam, oppignorat. Dat. et act. VII. Idus (7.) Februarii.
1284. Cunradus Nobilis de Thekke confirmat venditionem quorundam honorum in villa Erenbretshoven, per Hartrat, militem de Baltoltesheim, proprium suum, fratribus Domus Hospitalis in Richgartrode factam. Dat. et actum III. Kal. Marcii (27. Febr.).
1284. Gottfridi Pataviensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi fratrum Theutonicorum extra muros Nurenbergenses et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. Nurenberg feria III. post octavas Penthecostes (6. Jun.).

- Annus.
1284. Rudolphus Comes de Wertheim fratribus Hospitalis in Ellingen appropriat curiam suam in loco Phale, ab H. et H. Marschalcis de Bappenheim, qui ipsam tenebant in feodo, illis venditam. Dat. Mergentheim VII Idus 1.) Augusti in die S. Donati.
1285. Hartmannus Augustensis Episcopus conventui S. Catharinae jure censuali confert curiam quandam in Inningen, quondam Studlarshoph dictam, a Johanne Schongawario cive Augustensi monasterio venditam, sibi vero per tres curias in Goezzershusen, quondam a Domino de Schoenegge comparatas, recompensatam. Dat. Augustae III. Kal. Februarii (30. Jan.).
1285. Heinrich der Schongauer, Burger von Augsburg, verkauft seinem Bruder Johann dem Schongauer seinen Hof zu Holtzhusen und die Holzmark um XXXV. Pfund. An unser Frawen Abende zer Lichtmesse (1. Febr.).
1285. Gotfridus Nobilis de Hohenloch cum uxore Elyzabet Fratri Sibotoni Commendatori Domus S. Johannis Hospitalis Jerosolimitani in Rode vendit decimam in Adelnhoven, sibi a Bertoldo Herbipolensi Episcopo collatam, assignata pro evictione, si fratres possessionem non obtineant, vulgariter dictam Ursasse, curia sua in Scheckkenbach. Act. apud Entse in crastino b. Gregorii (15. Mart.).
1285. Sifridi Coloniensis Archiepiscopi indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi Domus Theutonicorum Norimbergae et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. apud Noremberg IV. Non. (2.) Aprilis.
1285. Literae patentes Commendatoris dictae Domus pro colligendis elemosynis. Dat. ibidem in die b. Urbani (25. Mai.).
1285. Ecclesiae S. Mauritii in Augusta Statutum in confratres discordias suscitantes, utpote infra mensem ex urbe amovendos, et fractibus praebendae privandos. Acta IV. Kal. Julii (28. Jun.).
1285. Hildebrandus, Henricus et Ulricus dicti de Arsheim, cum Conrado germano dicto de Isenbrechtshoven, sororibus in Salmanshoven resignant pro solutione debiti dimidium mansum in Baldechshoven. Testis: Dominus Ulricus de Turheim. Ydibus (15.) Augusti.
1285. Coram Craffone de Hohenloch Vasallus suus Hermannus dictus Lescho vendit fratribus S. Johannis Hospitalis Iherosolimitani bona quaedam in Heimersheim. Testis: Fr. Siboto Commendator in Rode. Dat. in Rodenburg feria II. infra assumptionem Virginis gloriosae (20. Aug.).
1285. El. S. Stephani Abbatissa bona in Bache ad sex annos confert Ulrico de Bache, tunc in Gkriezingen residenti. Dat. et act III. Kal. Octobris (20. Sept.).
1285. Gerdraut von Leweneck schenkt dem teutschen Hause zu Regensburg den Zehent von einem Weingarten zu Ort, genannt der Pfaffe. Daz ist geschehen an Sand Martens Tag (11. Nov.).
1285. Fridericus de Sigenhoven donat viro religioso Ordinis Domus Theutonicorum, Heinricho de Sigenhoven, patri suo praedilecto, pratum in Puchbach, unam libram Ratisponensem ex theloneo Ratisponae, a Heinricho Duce in feodo obtentam, et pensionem L. scapharum avenae et siliginis ab Abbate in Ens Dorf praestandam. Act. circa festum S. Nicolai, praesente Domino Duce in domo Alberti Vicedomini Ducis, apud capellam, quam fratres inhabitant Augustiniani.

- Annus. | Johannes . . . rigen. Archiepiscopi indulgentiae pro ecclesia cathedrali Augustae. Dat. Romae
1286. | pridie Non. (4.) Januarii.
1286. | Similiter Rudolphi Salisburgensis Archiepiscopi. Dat. Augustae VIII. Kal. Februarii (25 Jan.).
1286. | Similiter Philippi Salernitani Archiepiscopi etc. Dat. Romae XVI. Kal. Martii (14. Febr.).
1286. | Heinricus dictus Bulzner confert fratribus Theutonicorum in Ellingen curtem suam in Waltingen,
o | Testes: Malachias Abbas S. Egidii in Nurenberch; Albertus Plebanus in Ellingen. Datum et
actum in Nurenberch XIV. Kal. Martii (16. Febr.).
1286. | Wolhardus Praepositus, Rudolfus Decanus, totumque Capitulum Augustense, Dominabus de
Stella censuali jure conferunt curiam quandam in Geggingen, ab Ulrico Camerario de Wellenburch
Capitulo oblatam. Dat. XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.).
1286. | Literae venditionis Ulrici Camerarii dictae curiae, sororibus pro L. libris et LXXX. denariis
Augustensium factae. Testis: Sifridus de Allkishusen Archidiaconus. Dat. et actum VII. Kal.
Aprilis (26. Mart.). Confirmatio Episcopi. II. Kal. April. (31. Mart.).
1286. | Venditioni villae Rieden, per nobilem Albertum de Niffen Comitem de Marstetten et Gotfridum
fratrem suum, Canonicum Augustensem, Wolfardo Praeposito Augustensi factae, fidejussores
adhibentur Heinricus, Nobilis de Münster, Eglolfus dictus Srage de Hnöringen, Cunradus dictus
Ebershusen et Ulricus dictus Wagelin. Dat. et actum XII. Kal. Maii (20. April.).
1286. | Inzelerii Buduensis Episcopi indulgentiae pro Hospitali S. Elisabethae Nurembergae. Dat.
Nurenberch Dominica Quasimodogeniti (21. April.).
1286. | Heinrich von Hattenperge verkauft den Klosterfrauen von dem Sterne zu Augsburg um
XXXII. Pfand Augsb. Pfennige eine ihm von Bertold von Bobingen zur Haussteuer mitgegebene
halbe Hufe daselbst, mit drei auf Einlager verschriebenen Bürgen. Daz geschah an dem Sanztage
nach S. Walburge (4 Mai).
1286. | Heinrich der Schongauer zu Augsburg schenkt seiner Tochter im Katharinen Kloster den
Maierhof zu Holzhusen. Zeuge: Berthold der Lesemeister. Daz geschah an S. Servatii Tage
(15. Mai).
1286. | Ulricus de Solzpurch, Imperialis Aulae Ministerialis, cum uxore Irmengarde, conventui
o | fratrum Theutonicorum in Nurenberg M. marcis argenti puri vendit omnes possessiones suas in
Menige, cum judicio villae, silvas Meingerawe et Meinigerberch, bona cum decima in Raikerspuhel,
piscinam cum molendino in Rukerstetten, bona in Pollingen et Woffenbach cum silva Hengerholz
juxta villam Hengen, et curiam in Reckenreuth cum nemore. Testes: M. Albertus Phisicus;
Chunradus Officialis de Pospauer. Dat. et actum in vigilia ascensionis Domini (22 Mai).
1286. | Ludwicus Praepositus, Hainricus Prior totumque Capitulum monasterii in Ursperg, de
consensu Hartmanni Episcopi conferunt M. Chunrado de Schoenegge, civi Augustano, jus patro-
natus ecclesiae in Iringshoven. Datum IV. Kal. Junii (29. Maii).

- Annus. | Hartmannus Augustensis Episcopus Capitulo suo donat homines, possessiones, praedia et jura
1286. | in districtu a Blinthain usque in villam Riedlingen, sive citra sive trans Danubium, antea sibi in dona-
tione Castri et honorum in Dylingen reservata, cum omnibus rebus et juribus suis in Swenningen,
simulque ecclesiae ipsae tradit ministeriales suos de Haimerstetten, de Scheppach, de Westernach,
de Schnaitpach, de Wizenstain, hominesque sibi reservatos in Ulma. Dat. IV. Kal. Julii (28. Jun.).
1286. | Gebhart Grave ze Hirzberch kauft von seinem Getreuen Ulrich von Soltzpurch und dessen
Hausfrau Irmengart, nach Rath Conrads von Ursenssol Commenthurs ze Nurnberg die Burg Ober-
Soltzpurch, Kirchensatz, Weingarten daz Pucheich, jungen Holzschlag Erlach, und das Holz
Prenmastsreut, um zwei tausend einhundert Mark Silber. Bürgen: Heinrich der Schenk von Hofstet-
ten; Friedrich der Truchsefs von Sulzbach; Heinrich von Atterneck, der Vogt zu Hirschberg;
Sifrid Swepfermann. Geschehen zu Soltzpurch auf dem Perge, an dem nehesten Sampztag vor
S. Gallen Tag (12. Oct.).
1286. | Heinrici dicti de Grietzpach reversales super concessio sibi a Conrado Praeposito S. Georgii
extra muros Augustenses praedio in Kopflingen, jure personali, i. e. Leibgeding. Cum sigillo
Ludowici Ducis Bavariae. Kal. (1.) Decembris.
1287. | Arnoldus, Babenbergensis Episcopus, diversas indulgentiarum literas, Hospitali Cruciferorum
S. Mariae Nurimbergae in dioecesi sua datas comprobat. Dat. Babenberc in vigilia Epiphaniae
Domini (5. Jan.).
1287. | Henricus Vorchtel et Otto Topler, cives Norimbergenses, fratribus Domus Theotonicorum
Norinbergae CCL. libris et XLIII. talentis Hallensium vendunt curiam suam in Holzheim et bona
sua in Leutoldeshove, VII. feoda scilicet et II. Selhäuser. Dat. XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.).
1287. | Commendator et fratres Ordinis Theutonicorum Domus in Ellingen Henrico Bulzener, qui
duas curias in Waldingen et Hurlbach eis vendidit, redditus quosdam ad vitae tempus, et postea
pro anniversario assignant. Dat. et act. in vigilia ascensionis Domini (14. Mai).
1287. | Heinrich von Bappenheim des Reiches Marschalk verkauft Marquart dem Maister von dem
Geren? die Heide nach dem Recht seiner neuen Dörfer, nemlich als Lehen gegen Gült, und
das Dorfgericht, mit Ausnahme der Gerichtsbarkeit über fließende Wunden und Diupstal. Diz ist
geschehen nach den Pfingesten (28. Mai?).
1287. | Cunradus miles et Ulrichus dicti de Muore renuntiant praetensis juribus super bonis Domus
Theutonicorum Norimbergensis in Mittil Eschibach. Testis: Fr. H. Commendator in Oelingen,
Acta IX. Kal. Augusti in vigilia S. Jacobi (24. Jul.).
1287. | Irmengardis, Vidua Domini Ulrichi de Soltzpurch, donationem honorum, per maritum suum
Domni Theutonicorum in Nürenberch factam, coram compluribus civibus Norimbergensibus, in
domo Fratrum Praedicatorum viva voce publice confirmat. Testes: Dom. Otto de Diethhoven Judex
Provincialis in Nurenberch; Berhtoldus dictus Phinzinch Scultetus. Act. feria III. proxima ante
festum S. Michaelis Archangeli (23. Sept.).

- Annus. Augustense Capitulum confert Ottoni Hurnlohario, civi Augustensi, iure censuali proventus
 1287. quosdam ex curia in Stadeln, ab Ulrico milite de Schonegge ad aram B. V. M. donata. Dat. Augustae IX Kal. Novembris (24. Oct.).
1287. Cunradus quondam Minister in Wizenburch, Henricus Notarius ibidem et Ulricus dictus Chunlin resignant ecclesiae S. Mariae in Ellingen agrum unum in loco Velbe, alterumque vendunt. Act. apud Wizenburch die S. Briccii (15. Nov.).
1287. Bertha dicta de Dagen, Magistra conventus in Thetewanc, permutat cum Domo Hospitale S. Johannis in Rotenbure bona sua in Seheim pro bonis in Riczensassen. Dat. in crastino b. Nicolai (7. Dec.).
1292. Heinrici, Episcopi Warmihensis indulgentiae pro ecclesia S. Crucis Fratrum Minorum in Curia (Hof.) Dat. in Curia, die S. Barnabae Apostoli (11. Jun.).
1295. Coram Kunemundo et Henrico, militibus, et Chunrado, fratribus dictis de Giech, Bernhardus de Elren (Burg Ellern) bona sua in Huppendorf XIII. libris Babenbergensium vendit Fratribus Quatuor Sedium in Babenberg. Actum et datum V. Kal. Sept. (28. Aug.).
1297. Dietericus de Wildenstein, Hermannus de Storfen et Adilheidis uxor, filia Domini Dieterici, vendunt fratribus Domus Theutonicorum in Maezingen curiam in Beraiz, et curiam et tres areas in Ovenbur. Actum mense Aprili.
- Anni incerti. Albertus Iseninc Hospitali S. Mariae Alemanicorum legat curiam suam propriam in Bernbach. Testes: Haward von Vtingen; Gerung de Porta; Eberhard von Winzer vnd der Tanner, und der Lavan, vnd der Truchsäze von Eigenmul; Heinrich Banholz; Heinrich von Geerlingen vnd sin Bruder Eraest; Rudiger von Hersingen; Heinrich de Mezele; Cunrat der Caverser.
- Weraherus in ecclesia b. Mauriti Cellarius XLV. talentis usumfructum quorundum praediorum ad vitae tempus adeptus, pro pretio fratribus b. Georgii delegat mansum unum in Innigen, ab Episcopo Walthero et successore ejus Kunrado sibi in beneficium datum; praetereaque bona quaedam beneficalia in Husen et alibi. Testes: Pertholdus Praepositus; Henricus Decanus; Uto Decanus de Choro b. Mauricii; Diepolt Urbis Praefectus.
- Poppo Comes de Wertheim et Mechüldis conjux cum liberis Hospitali S. Mariae Teutonicorum conferunt parochiam in Eschenbach (cum advocatia, et exclusa omni Pincernae Berngeri de Rotingen advocatia). Sine Testibus.
- Idem documentum, sed absque reservatione ulla et cum testibus: Ruperto Comite de Castele; Cunrado de Entre; Alberto de Hallerberg etc.

V. 616/24 70 1/2 450
1841
1/2

V, 656/24 70/19 450
1 shield
1/16.

